

runt Priores in Ecclesijs Collegiatis; deinde Abbates.

18 *Insuper Plebani, & an habeant dignitatem Ecclesiasticam, & iurisdictionem?*

19 *Tandem Capellani, & de eorum officio.*

20 *In Ecclesia Romana plures dantur prelati Ecclesiastici dignitatem habentes.*

D

Quoad potestatem verò, & ministeria iurisdictionis, & per respectum ad dignitates Ecclesiasticas totius Ecclesiæ, varij etiam gradus distinguuntur in eadem Hierarchia Ecclesiastica non consecratione, & ordine, sed iurisdictione, & dignitate diuersi. Nam post Papam, qui, vt diximus, caput totius Hierarchiæ est à Christo Domino institutum in eisdem ordinibus modò numeratis varias dignitates, variaque munera Ecclesiastica cum dispari officio, & iurisdictione Ecclesia sancta introduxit, quibus sacer hic principatus mirabiliter ordinatus conspicitur, vt eleganter aduertunt, & notant in proposito Henric. in Sum. d. lib. 10. cap. 25. à princip. & cap. 26. Valent. dict. puncto 2. assert. 5. Paul. Carrer. in Theolog. ac morali Theologia, q. 3. punct. 1. q. 2. à nu. 1. & 10. Durand. in rational. diuin. lib. 2. cap. 1. n. 4. Vasq. supra disput. 237. cap. 1. n. 9. Duar. lib. 1. de sacr. Eccles. mini. cap. 9. cum seq. & cap. 7. & 8. Petr. Greg. syntagm. iur. vniuersi p. 2. lib. 15. cap. 2. à n. 1. Anastas. Germ. d. lib. 3. de sacram. immün. d. cap. 3. n. 67. Et sunt textus optimi in nostro cap. In illis. 80. dist. cap. 1. 2. & 3. dist. 60. & plures alij infra citandi.

Henric.
Valent.
Carrer.
Durand.

Vasq.
Duar.

Pe. Greg.
Ana. Ger.

C. In illis
80. dist.

In primis enim ex ordine Episcoporum, Præbyterorum, & Diaconorum post summum Pontificem ratione dignitatis præminent in Ecclesia illustrissimi Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ; quorum status, & dignitas ad Hierarchiam Ecclesiasticam pertinet, non in eo sensu, quem putauit Ioannes à Turrecrem. lib. 1. Summ. de Ecclesia, cap. 80. quod à Christo Domino sit instituta in Apostolis, quibus existimat Cardinales successisse quatenus Apostoli Christo Domino ante ascensionem in cælum semper astiterunt, Luc. 22. *Vos estis qui permanistis mecum, &c.* Et postea Beato Petro Christi vicario antequam in vniuersum mundum exirent prædicare Euangelium prout ex eodem munere Cardinales Romano Pontifici assistunt, in regimine totius Ecclesiæ; hic enim sensus improbabilis est, vt infra 1. p. in disput. de Cardinalibus dicemus; sed magis in eo, quod dignitatem Ecclesiasticam habeant cum potestate, & iurisdictione; cuiusquidè dignitatis specialia duo munera, & officia, quia incomposita sunt, primò quod Romanum Pontificem eligant, cap. *Licet euitanda*, de elect. cap. 1. 23. dist. cap. 1. dist. 79. Deinde quod eidem in Ecclesia vniuersali gubernanda assistunt tanquàm præcipui eius Consiliarij, cap. *Per venerabilem*, vers. *Sunt autem, Qui filij sint legitimi*: bonus textus in capite *Fundamenta*, §. *Decet*, de elect. libr. 6. vt benè inquit Vasq. d. tertio tomo in 3. part. disput. 242. cap. 4. in princ. Lælius Zechius de Rep. Eccles. titul. de statu illustrium Cardinalium nu. 3. & postea latiùs explicabimus. Ideò merito post eundem summum Pontifi-

2
Cap. 1. 2.
& 3. dist.
60.

Turrecrem.

Luc. 22.

Ca. Licet
euitanda
de elect.

Cap. 1. 23
dist.

C. 1. di. 79
C. Per ve
nerabile,
qui filij.

Cap Fun
damenta,
de elect.

in 6.
Vasq.
Zechius.

Pontificem secundum in Ecclesiastica gradum tenent per respectum scilicet ad dignitatem, ut supra prout rectè agnoscunt omnes proximè citati Zechius in princ. Henric. d. cap. 25. §. 2. & cap. 27. §. 1. Durand. etr. Gregor. cap. 4. Carrar. à n. 17. per respectum ad dignitatem, & alij. Dixi, ex ordine Episcoporum, Præsbyterorum, & Diaconorum, quia ordine, & consecratione non differunt Cardinales ab Episcopis, Præsbyteris, & Diaconis, sed tantum dignitate: ex his enim ordinibus assumuntur, & in aliquo ex eis constituti sunt, habentque officium, & potestatem ordinis communem, & parem cum illis Zechius, & Vasq. proximè. Reliqua circa Cardinales dicetur in disp. de illis.

Deindè ex iisdem ordinibus post Cardinales subsequuntur Legati, & Nuntij Apostolici, de quibus agitur in titulis de offic. legati in Decretal. & sexto, quibusque à sede Apostolica in certis prouincijs committitur legationis officium, ut ibidem euellant, & dissipent, ædificent, atque plantent, iuxta cap. 2. eodem tit. in 6. Hi enim quoad potestatem iurisdictionis Ordinarij sunt prouinciarum d. cap. 2. cap. 1. eodem tit. in antiquis. Et in eadem potestate, ac iurisdictione in utroque foro pro suis prouincijs omnes Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas præcedunt; ideòque etiam ratione iurisdictionis, & dignitatis Ecclesiasticæ merito tertium gradum faciunt in prædicto ordine Hierarchico, ut per Henricum d. cap. 25. §. 2. & cap. 28. à princip. Zechium constat in tit. de statu illustrissimi Legati, latiùsque infra d. 1. p. pecu-

liari disputatione de illis tractabimus. Rursus ordo Episcoporum tripartitus etiam est secundum differentiam potestatis, iurisdictionis, & dignitatis Ecclesiasticæ, licet secundum consecrationem, & potestatem ordinis vnus tantum sit, ut supra. Nam in eo primò constituuntur Patriarchæ, seu primates (qui vnã formam tenent, licet diuersa sint nomina, ut inquit Anacletus in cap. 1. 99. dist.) & hi sunt primi Episcopi, seu potiores, quibus maiores quædam sedes sunt assignatæ, ut capita sint plurium prouinciarum, & earundem Archiepiscopis præsent, & ad eos Episcopi, si necesse fuerit, appellent, maioresque causæ referantur prout scribunt Anacletus Papa epistol. ad Episcopos Italiae in d. capite 1. dist. 99. Lucius Papa in cap. *Vrbes. Clemens* in cap. *In illis*. 80. dist. Eorumque institutio ab Apostolis, nempe à B. Petro facta est in eisdemmet vrbi- bus, & locis, vbi dudum ante Christi Domini aduentum primi flamines, & primates legis sæculi erant; & prima iudiciaria potestas, ut asserunt Anacletus, & Lucius proximè. Et Beatus Clemens Petri discipulus in epistola prima ad Iacobum relata in dicto capite *In illis*, tradunt optimè Petrus Gregorius Syntagm. dicta p. 2. libro 15. cap. 5. numero 2. & 3. Duar. dicto libro 1. cap. 9. & alij infra. Et licet Germon. dicto libro 3. de sacror. immunit. capite 3. nu. 31. Patriarchas à Primatibus distinguat, contrarium verius videtur, ut in disputatione de Patriarchis, & Primatibus (vbi de illis agendum erit) ostendemus.

Deinde Archiepiscopi, seu Metropolita-

Anaclet.

An. Papa
Luc. Pa-
pa.
Clem. Pa-
pa.

Pe. Greg.

Duar.
Germon.

4

D 3

polita-

Henric.
Durand.
Pe. Greg.
Carrar.

Zechius.
Vasq.

3

Cap. 2. de
offic. Leg.
in 6.

Henric.
Zechius.

politani, qui sunt veluti Episcopi maiores, seu summi maiores quidē ceteris Episcopis; minores verò Primatibus, seu patriarchis, quibus etiam ex institutione Apostolica D. Petri singulæ prouinciæ, quibus primates præ sunt, sunt diuisæ, pluribus tamen diœcesibus, & Episcopatibus constantes, vt earum Episcopis præfiderent; & hi in illis ciuitatibus fuerunt constituti,

B. Clem. Anaclet. Papa. in d. cap. *In illis*, versic. *In illis autē*. 80. dist. Anaclet. Papa in d. cap. 1. in fin. dist. 99. suntque etiam in cap. 1. & 2. cum alijs 9. q. 3. cap. *Scitote*, 6. q. 3. notant Petr. Greg. cap. 11. Duar. d. cap. 9. Lelius Zechius tit. de statu Reuerend. Patriarch. à n. 4. Henric. cap. 30. post alios supra.

5. Tertiò Episcopi, qui ex eadem institutione D. Petri in singulis ciuitatibus fuere positi, vt singuli singulorum diœcesum curam tenerent D.

D. Clem. Anac. Pa. pa. Clemens d. cap. *In illis*, versic. *In singularis verò*, Anacletus in cap. *Episcopi*, cū alijs 80. dist. prout infra in peculiari disputatione de illis latius erit dicendum. Mitto chorepiscopos, qui olim in vsu fuere, de quibus loquitur expressè Damascus epist. 3. quia verè etiam erant Episcopi cum episcopali consecratione; sed in aliena diœcesi ministrabant, vt hodie Episcopi titulares suffraganei Episcoporum, de quibus etiam infra suo loco sermo erit.

6. Neque prædictis dubium faciat, quod Isidorus in nostro cap. *Cleros*, versic. *Ordo*, Episcoporum ordinē quadripartitū esse dicat. Illud enim prouenit ex eo, quia Metropolitanos ab Archiepiscopis distinxit contra mo-

do resoluta, cum tamen idem sint, & tanquam nomina synonima pro eodem in iure accipiantur, vt constat ex d. cap. 99. dist. d. cap. *Scitote*. 6. q. 3. cap. *De ijs*. 12. dist. satisque probat dicta dictionis etymologia; siue enim metropolim cum eodem Isidoro à ciuitatum mensura, & numero deducamus, quod in vnaquaque prouincia constitutum fuerit à Pelagio esse decem, vel vndecim ciuitates, quibus vnus præsit, siue, quod probabilius est à dictione Græca, *Metros*, quæ matricem ciuitatem. i. matrem ciuitatum prouinciæ significat, vt dixit Glos. in eodem cap. *Cleros*, verb. *à mensura*; & contra Isidorum explicat Budeus in prioribus annotationibus ad Pandectas super l. obseruare, ff. de offic. procons. Quia sciicet ex ea Colonia. i. aliæ ciuitates, prouinciæ, & oppida processerint. Meliusq; Petr. Greg. d. lib. 15. cap. 11. n. 3. & 4. asserens, ita appellari per translationem, quod sint veluti matres, quæ aliarum Ecclesiarum sibi in eadem prouincia subditarum curam agunt, l. 1. Cod. de Metropoli, Beryto lib. 11. semper certum manet, ciuitatem Metropolim esse caput prouinciæ; cuius præsul æque Archiepiscopus, ac Metropolitanus appellatur, neque potest alter ab altero diuersum gradum in ordine Episcoporum constituere, vt malè Isidorus existimauit.

Denique in ordine Præbyterorum, & Diaconorum diuersi etiam in hac Hierarchia reperiuntur gradus Ecclesiastici iurisdictione, & dignitate distincti, quos recensent Isidorus in nostris cap. *Cleros*, & cap. *Perlectis*. 21. & 25. dist. pluresq; Canones congesti à Gratiano dist. 60. & 61. & Doctores,

Ca. 1. 99. dist.
C. *Scitote* 6. q. 3.
C. *De ijs* 12. dist.

Glos. in Co. *Cleros*.
Budeus.

Petr. Gregor.

L. 1. Cod. de Metro. Beryt. lib. 11.

Isidor. 7

Isidor.

Gratian.

atores, de quibus statim; licet non conueniant neque in numero, neque in re, vt aduertit Estius in 4. sent. dist. 24. §. 3. in fin. nam olim connumerabantur illi, qui dicebantur Chorepiscopi, non ex ijs, qui Episcopalem cōsecrationem, de quibus modò diximus, acceperant; sed qui vt Præsbyteri, ab vno solo Episcopo ordinabatur, vt ait Gratianus in princ. 67. dist. Et hi solùm erant Præsbyteri in pagis, & oppidis loco Episcoporum curam animarum exercentes cum iurisdictione, quorum fit mētio in cap. *Quauis*, & in cap. *Chorepiscopi*. 68. dist. Gratianus in cap. *Ecclesijs*, vers. *Inter Episcopos*, eadem dist. Et iam hodiè nō sunt in vsu à Damaso abrogati in d. cap. *Chorepiscopi*: Explicant optimè Bellarm. tom. 1. lib. 1. de clericis, cap. 17. Henric. in Sum. d. lib. 10. de ordine cap. 23. §. 2. iuncto commento lit. E. & F. Petr. Gregor. d. lib. 15. cap. 12. à n. 40. cum sequentibus, & nos infra latiùs, cum de illis egerimus, prosequemur.

8 Deindè in Ecclesijs Cathedralibus ex ordine Præsbyterorū, & Diaconorum sequentes inueniuntur gradus Ecclesiastici cum dignitate. Imprimis Archidiaconi, quos ponit Isidorus in cap. *Perlectis*, vers. *Archidiaconus*, 25. dist. de quibus extat tit. de offic. Archid. in Decretal. quosque maiorem gerere dignitatem post Episcopos, & eorum esse vicarios in cura, & solitudine ex libro Romani ordinis tradit tex. in cap. 1. Innocent. 3. in cap. *Ad hac*, eo tit. Qua ratione oculi Episcopi appellabantur à Beato Clem. & Euaristo Papa in cap. *Diaconi*. 1. & 2. dist. eorumque officium, & potestatem explicant idem Isidor. in

d. cap. *Perlectis*, vers. *Archidiaconus*, Germon. de sacror. immunit. d. lib. 3. cap. 3. à n. 68. Petr. Greg. syntag. d. lib. 15. cap. 20. Asor. Instit. moral. tom. 2. lib. 3. cap. 14. Zechius de Rep. Eccl. cap. 24. à n. 13. cum quibus, & alijs infra suo loco latiùs notabimus.

Rursus Archipræsbyteri secundū eundem Isidorum proximè vers. *Archipræsbyter*; qui erant vel rurales, vel urbani, vt constat ex toto tit. & ex cap. 1. cap. 3. cap. vlt. de offic. Archipræs. Et quasi principes præsbyterorum dicebantur, & super plebem curam gerebant animarū. Et hi etiam Decani nuncupabantur, vt ait tex. in cap. *Ad hac*, in princ. de offic. Archid. licet hodie ex vniuersali ferè omniū Ecclesiarum consuetudine Decanatus sit specialis dignitas diuersa ab Archipræsbyteratu; & olim etiam diuersos fuisse gradus videntur probare Calixtus Papa in c. 2. ibi. *Nullus in Archipræsbyterum, nullus in Decanū*, cap. 1. ex Concilio Urbani Papæ ibi, *Nec Archipræsbyterum, aut Decanum*. 60. dist. prosequuntur Petr. Gregor. cap. 21. Asor. cap. 15. Zech. d. cap. 24. n. 14. Anton. Fab. de re beneficiaria tit. de beneficijs cum dignitate à n. 30. cum sequentibus, & nos etiam infra.

Item Primicerij iuxta Isidorum in d. cap. *Perlectis*, vers. *Ad Primicerium*; de quibus etiam est tit. de offic. primicer. & dignitatem Ecclesiasticam habere benè probat text. in cap. *Cum accessissent*. 8. de constit. ibi, *Primicerius dignitas*; quia scilicet Primicerius præest in choro, & quasi primus Cantor cæteros docet, quid canendum sit. Cuius tamen nominis verā etymologiam, dignitatem, officium,

D 4

& po-

Estius.

Gratian.

C. Quauis.
C. Chorepiscopi 68 dist.Gratian.
Da. Papa
Bellarm.
Henric.
Pe. Greg.

Isidor.

Cap. 1.
C. Ad hac
de off. Archid.
C. Diaconi. 1. & 2. dist.C. Perlectis 25. d.
Germon.
Pe. Greg.
Asor.
Zechius.9
Isidor.

Tit. de offic. Archid.

C. Ad hac
de off. Archid.

Cap. 2.

C. 1. 60. d.
Pe. Greg.
Asor.
Zechius.
Fab.

10.

C. Perlectis 25. d.

Tit. de offic. Primicerius.
C. Cū accessissent. de constit.

Tit. C. de Primit. lib. 12. Fabric. Greg. cap. 22. supra, & alij, prout inferius suo loco prosequemur.

II Isidor. Thesaurarij, quos, ut per Isidorum in eodem text. in fin. vers. *Ad Thesaurarium*, atque Sacristæ, & Custodes,

Tit. de offic. custod. Tit. de offic. Sacrist. Asor. de quibus agitur in titulis de offic. Custod. & de offic. Sacristæ, ut per Asor. d. lib. 3. cap. 16. q. 4. cum sequentibus; eorumque munus consistit in custodia rerum omnium sacrarum Ecclesiæ, & totius thesauri Ecclesiastici; & in alijs, quæ recensentur in d. vers. *Ad Thesaurarium*; & in cap. 1. & ult. de offic. custod. & in cap. unico de offic. Sacristæ, ut infra §. 5. latius dicemus; qui licet dignitatem non habeant Ecclesiasticam de iure, sed tantum officium, ut infra d. §. 5. explicabimus; de consuetudine tamen eam obtinent, ut post Rot. 9. de præbendis in nouis cum alijs ad propositum tradunt Fabric. supra n. 60. & infra suo loco tractabimus.

Rot. 9. de Præbend. Fabric.

12

C. De quibusdā. 37. dist. Trident. Rursus scholastici scholasterias scilicet obtinentes, qui vulgo magistri scholæ nuncupantur, de quibus videtur agere text. desumptus ex Concilio Eugenij Papæ in cap. *De quibusdā* 37. dist. & clarius Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 18. vers. *Deinde*. Quibus est lectionis, vel doctrinæ munus annexum, ut inquit Conc. proximè.

Duar.

Lateran. Et videntur originem duxisse ex antiqua Ecclesiæ consuetudine; de qua Duar. libr. 1. de sacris Eccl. ministr. cap. 15. iuncta decisione Lateran. Concil. relati in cap. 1. & in cap. *Quia nonnulli*, de magistr. quibus decretum fuit, ut vnaquæque Ecclesia Cathedralis Theologum habeat, qui sacram pa-

ginam doceat, & clericos in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectant. Duar. proximè, de quibus etiam cōdignitatem habeant in Cathedralibus, & iurisdictionem tam de iure, quàm de consuetudine disputat Fulvius Pacian. de probat. libr. 2. cap. 27. à n. 107. Petr. Gregor. cap. 19. Asor. cap. 13. supra, & inferius etiam agemus.

Duar.

Pacian. Pe. Greg. Asor.

13

Præpositi etiam Ecclesiarum, qui ex communi usu vocantur illi, qui quædam Prioratus curam super alios gerunt, ut dicit idem Isidor. in cap. *Quamuis ergo*, de verb. sign. & ita sunt, qui in multis Ecclesijs Cathedralibus præsertim Germaniæ, Flandriæ, & aliorum Regnorum præcipuam dignitatem obtinent cum cura animarum, & iurisdictione; totique Collegio Canonorum præsumunt, ut explicant Petrus Greg. d. lib. 15. syntagm. cap. 18. à n. 6. Ant. Fabric. tit. de beneficijs cū dignitate à n. 39. & alij infra suo loco citandi; de illisque fit sæpè mentio in iure Canonico, ut in cap. *In ordinatione*. 61. dist. cap. 1. 2. & 3. dist. 60. cap. *Saluator*. 1. q. 3. cap. *Cum inter*. 21. cap. *Dudum*. 22. de elect. & alibi.

C. Quamuis ergo, de verbo sign. de verbo sign.

Pe. Greg. Fabric. C. In ord. 61. dist. C. 1. 2. & 3. dist. 60 C. Saluator. 1. q. 3. C. Cū int. C. Dudum, de elect.

14

Denique Canonici earundem Cathedralium Ecclesiarum, de quibus infra dicemus; quos tamen iuxta veterem sententiam dignitatem non habere, neque Canonicatum dignitatem Ecclesiasticam esse, resoluunt Dominic. per tex. ibi in cap. *Statutum*, de Rescriptis lib. 6. Felin. in cap. *Pastoralis*, de offic. deleg. Pacian. in dicto cap. 27. ex n. 101. Asor. d. lib. 3. c. 11. q. 16. quia nullam habent iurisdictionem, eorumque institutio consistit tantum in stalo, in choro, & loco in capitulo, ut infra dicemus.

Dominic

Felin. Pacian. Asor.

Extra

15

Extra Ecclesias verò Cathedrales nonnullæ etiam reperiuntur dignitates Ecclesiasticæ ex eodem ordine Præbyterorum, vt sunt Priores sæculares, qui in Collegiatis Ecclesijs toti præfident Canonorum Collegio, vt constat ex supra inscriptione, text. ibi, *Et Priores sanctæ Radigundis Pictaviensis*, in cap. vlt. de maiorit. & Ca. Cum obed. de illisque fit mentio in capite *Cum Victoniensis*, 2. cap. *Cum causam*. 27. & alibi de elect. quos dignitatem Ecclesiasticam habere notat glos. verb. *Conuentualem*, in Clem. 2. de Rescript. Doctores communiter. Petr. Greg. supra d. cap. 18. à princip. Afor. d. lib. 3. cap. 20. Anton. Fabr. proximè à n. 36. cum sequentibus.

C. vlt. de maior. & obedient. Ca. Cum Victoniensis.

C. Cum causam de election. Pe. Greg. Afor. Fabric.

16

Abbates similiter, qui etiã in secularibus Ecclesijs cum dignitate, & iurisdictione reperiuntur, vt probat text. in cap. *Ex transmissa*, de renuntiat. ex quo ita notant Doctores, sequuntur Zechius tit. 25. per totum, Afor. d. lib. 3. cap. 19. Fabric. tit. de maioribus, & minoribus benefi. à n. 54. cum quibus infra de illis agentes latius explicabimus.

Cap. Ex transmissa de Renunt. Zechius. Afor. Fabric.

17

Plebani quoque ab aliquibus numerantur afferentibus illos habere dignitatem Ecclesiasticam, & iurisdictionem fori contentiosi, vt ex additione glos. vlt. in cap. 1. *Ne cler. vel mona.* lib. 6. tradunt Petr. Greg. d. lib. 15. cap. 24. n. 13. Zech. cap. 27. à princip. videturque probari in cap. *Cum ab Ecclesiarum*, de offic. ord. vers. *Quapropter*. Sed dubitabilis sententia est. Plebani namque propriè loquendo sunt quidam parrochi, vt infra notabimus, §. 4. qui præficiuntur plebibus seu Ecclesiæ habenti sub se alias Capellas, vel inferiores Ecclesias, vt col-

Addit. glos. in c. 1. ne cler. vel mona. Pe. Greg. Zechius. C. Cui ab Ecclesiarum de offic. ord.

ligitur ex d. c. 1. & ex cap. 1. de Capell. monach. lib. 6. atque ita solum videntur habere potestatem fori poenitentialis, & non dignitatem, sed officium tantum, vt appellat text. in cap. *Quod Dei timorem*, de stat. monach. tradunt Afor. d. lib. 3. cap. 21. q. 1. & 4. Pacian. d. lib. 2. cap. 27. à n. 59. cum quibus infra suo loco disputabimus.

Cap. 1. de Capell. monach. in 6.

C. Quod Dei de statu mon. Afor. Pacian.

18

Deniq; Capellanus maximus, seu maior, qui in Ecclesijs præsertim Cathedralibus nonnunquam reperitur, vt in Toletana, cuius munus, & officium licet à consuetudine pendeat, & ab statutis specialibus Ecclesiarum, natura tamen sua in eo consistere videtur, quod cæteris Capellanis eiusdem Ecclesiæ præsit, eosque regat, vt benè aduertit Afor. de illo agens d. lib. 3. cap. 24. apud nosque dicitur ille, qui Regiæ Capellæ præest, & omnibus eius Capellanis, & officialibus; officiumq; Ecclesiasticum est ex maioribus Regni cum iurisdictione ordinaria Episcopali in Rege, eiusque capella, & in vniuersa familia Regia per literas Apostolicas concessa, & cum multiplici alia potestate, vt ex tenore literarum constat, quæ speciali libro continentur.

B

C

D

Actandem in curia Romana plures sunt prælati Ecclesiastici dignitatem habentes, & iurisdictionem, vt Vicecancellarius, summus Pænitentiarius, Vicarius Domini Papæ, Camerarius, Auditores Camerae Apostolicæ, Prothonotarij, Referendarij vtriusque signaturæ, Auditores Rotæ, & alij, de quibus nūcupatim agūt post Gomes. Octavian. Vestr. & alios, quos citant Petr. Greg. d. lib. 15. syn-tagm. cap. vlt. Lelius Zechius de Rep. Eccles. tit. de prælati, in speciali ex cap.

Afor.

19

Gomes. Octau. Pe. Greg. Zechius.

cap. 2. cum sequentibus, & quia magis pertinent ad curiam, & statutum urbis, quam ad Hierarchiam Ecclesiasticam in citatis auctoribus, si oportuerit, videri poterit.

§. III.

De alijs officijs Ecclesiasticis præter ordines, & dignitates, quæ in Ecclesia primitiua fuerunt.

SUMMARIUM.

- 1 An ad Hierarchicum ordinem propriè pertineant aliqua officia, quæ olim fuerunt, & hodie durant in Ecclesia?
- 2 Huiusmodi officia numerantur.
- 3 Qui sint in Ecclesia Cantores, & an idem, quod Psalmistæ?
- 4 Qui fuerint in Ecclesia laborantes, & an idem sint, quod Fosarij?
- 5 Qui nam fuissent Cursores, & an eorum officium sit hodie iniunctum lectoribus? Acolytis, ac subdiaconis?
- 6 Qui fuissent Notarij in Ecclesia, à quo instituti, quis eorum munus, & quare Regionarij appellantur. Et quod fuisset olim, & sit hodie eorum munus in Ecclesia; ubi etiam de Prothonotarijs.
- 7 Qui defensores Ecclesie, & de eorū ordinatione.
- 8 De defensoribus Ecclesie ab Imperatoribus postulandis, & de eorum numero, & officio.
- 9 An defensoris officium duret hodie in Ecclesia, & an munus eorum sit Ecclesiasticum remissiuè?
- 10 Defensores ciuitatum decreto Episcoporum honoratorum, possessorum, & Curialium constituebantur, & de eorum officio, & potestate remissiuè.

II An Diaconissa ordinem constituisset in Ecclesia primitiua?

Quibus omnibus ultimò addendum est, præter ordines Ecclesiasticos supra numeratos, & præter gradus dignitatum Ecclesiasticarum, de quibus proximè; ex quibus omnibus Hierarchicus ordo componitur, vt supra; nonnulla etiam officia Ecclesiastica tam in primitiua Ecclesia fuisse, quàm etiam postea, & hodie in Ecclesia dari, quæ licet ad Ecclesiasticam Hierarchiam propriè non pertineant, quia propriè loquendo ab ordinibus constat fuisse, & esse distincta, vt aduertit Baron. Annal. tom. 1. anno Christi 44. ad fin. §. Prætereà verò, cum præcedenti, neque etiam dignitates Ecclesiasticæ sint cū iurisdictione; quia tamen separatam speciem in iure constituunt, vt benè probat tex. in cap. 1. ibi. Aut duo officia, de consuetudine lib. 6. agnoscuntque Doctores communiter Selua de benef. q. 2. nu. 36. Corrac. de sacerdotio 4. p. cap. 3. à princip. Asor. Instit. moral. 2. p. lib. 3. cap. 13. q. 5. & saltem sub lata significatione nominis, Ordo, comprehenduntur quatenus etiam sumitur pro officio, vt supra q. 1. notauimus: illa nunc commemorare tantum libet, postea fusiùs agemus cū certo quodam modo ad eandem Hierarchiam Ecclesiasticam spectent. D. Ignatius, qui Apostolorum fuit coæuus in epist. 11. ad Antioch. cuius verba supra retulimus, recenset Cantores, & laborantes; laborantiumq; meminit etiam Epiphanius in compendiaria doctrina; & idem Ignatius epistol. 11. ad Polycarpum agit de Cursore, sic inquit:

Decet

Baron.

2.

Cap. 1. de consuetu. in 6. Selua. Corrac. Asor.

D. Ignat.

Epiphanius. Ignat.

Decet Beatissime Polycarpe Concilium cogere sacrosanctum, & eligere, si quem dilectum habetis, & impigrum, ut possit diuinus appellari cursor. Gelasius quoque Papa in epist. 1. ad Episcopos Lucaniae cap. 3. addit alia officia, nempe notarij, & defensoris, ut refertur in cap. *Monachus*. 77. dist. ibi, *Continuo Lector, aut Notarius, aut certe defensor effectus post tres menses existat Acolytus,* tradit Baron. supra §. *Ignatius igitur.* Insuper & imprimis in statu primitiuae Ecclesiae Auctor tractatus de septem gradibus Ecclesiae apud Hieronymum ponit ordinem Fossariorum, & de Diaconissis saepe apud sanctos Patres mentio fit, ut apud Ignatium d. epist. 11. ad Antioch. Epiphan. in Cõpend. doct. Et Conc. Calcedon. cap. 5. relato apud Gratianum in cap. *Diaconissam*. 27. q. 1. cum alijs.

Ex quibus quod attinet ad Cantores sciendum ex iisdem fere esse, atque Psalmistas in cap. *Psalmista*. e. 23. dist. de eorumque officio infra tractabimus cum Isidoro in nostro cap. *Cleros*, vers. *Cantor autem*, & in capite *Perlectis*, vers. *Ad Psalmistam*. 25. dist. cum de minoribus ordinibus agerimus.

Laborantes verò erant illi, qui curam gerebant de sepeliendis mortuis, teste Epiphano supra, Laborantes, inquit, corpora eorum, qui obdormierunt, obuoluunt, & cooperiunt; & iisdem erant, atq; Fossarij (eo enim nomine etiam vocabantur, de quibus Auctor incertus in d. tract. de septem gradibus Ecclesiae explicat Bellarm. de controuers. Christ. fid. tom. 1. lib. 1. de Clericis, §. *Communiter*, Baron. supra, & anno Christi. 34. §. *Qui nam fuerint in Ecclesia*, Estius in 4. sentent.

Gelasius
Papa.Cap. Mo-
nachus 77
dist.Baron.
Auctor.Ignat.
Epiphan.
Conc. Cal-
ced.Cap. Dia-
conissam. 27.
q. 1.

3

Cap. Psal-
mista 23.
dist.Cap. Cler-
perlectis. 25.
dist.

4

Epiphan.

Auctor
Incer.
Bellarm.
Baron.

Estius

dist. 24. §. 3. in fin. Henric. in Summ. Henric. lib. 10. de ordine, cap. 9. §. 2. in comment. lit. N. ubi addit huiusmodi laborantes ostiario coadiutores dari solere ex temporali deputatione sacerdotis.

Cursor autem ille dicebatur, qui Episcoporum literas ad Ecclesias per ferebat, ut benè deducitur ex d. epist. 11. Ignatij ad Polycarpum; & eiusmodi munus licet à principio fuerit per se distinctum, postea reperitur iniunctum Lectoribus, Acolythis, ac Subdiaconis, ut Cyprianus demonstrat epist. 24. ibi, *Quoniam oportuit, me per clericos scribere, &c.* & epistol. 55. traditque Baron. supra anno Christi 44. §. *Ignatius verò.* Et horum Cursorum institutum iam apud Romanos antiquum, & utile fuit, ut de Cyro Xerxe, & Augusto, & Xenophonte ex Herodoto, & Suetonio commemorat Petr. Greg. syntagm. lib. 17. cap. 12. n. 9. p. 2.

Notariorum porrò officium in Ecclesia primo à D. Clemente capit, qui septem notarios creauit per septem vrbis Romae regiones diuisos, qui postea Martyrum cruciatus, & tormenta, mortesque describerent; & quaecunque iisdem sancti dum caperentur, & torquerentur, locuti essent. Vnde etiam Regionarij dicebantur à Regionibus, quibus erant distributi; postea ab Antero primo Pontifice Maximo statutum fuit, ut eorum scripta in scrinijs Ecclesiae seruarietur; prout de eo commemorat Euseb. lib. 6. Eccl. Hist. cap. 22. Indèq; fortè scriniarij etiam dicti, ut per tex. in cap. *Ad audientiam*, iuncta glos. verb. *Scriniarius*, de praescript. & Fabianus, qui successit Antero, ut veritati gestorū

magis

Henric.

5.

Ignat.

Cyprian.

Baron.

Pe. Greg.

6

Euseb.
C. Ad au-
dientiam
& glos. de
praescrip.

magis confuleret septem notarijs septem præfecit Subdiaconos. Ac tandem Julius I. cessante Ecclesiæ persecutione, & martyribus ordinavit, ut literas Apostolicas, & alia ad Ecclesiam pertinentia scriberent, ut hæc omnia, & alia ad propositum rectè tradunt Baron. Annal. tom. 2. anno Christi 238. §. *Sed à Clemente*. Damasus, & Platina in vita Clem. & Iul. Gom. in præœm. reg. Cancell. q. 1. Petr. Greg. syntag. p. 2. lib. 15. cap. 42. n. 12. Lelius Zechius de Rep. Eccles. quod quidem munus quantum ad conscribendas res Ecclesiasticas, postea etiam in Ecclesia perduravit; reperiturque hodiè in Notarijs Ecclesiasticis, & illis, qui dicuntur Apostolici, de quibus Tridët. sess. 22. de reform. cap. 10. Salzedo in addit. ad Bernard. in pract. cap. 2. litera B. Quinimò & ex crescentibus rebus Prothonotarij in Curia Romana creati sunt, i. primi Notarij, ut à cæteris vrbis notarijs distinguerentur; quorum officium dignitatem præfert. Et septem sunt ordinarij, qui Collegium constituunt. Alij absque numero extraordinarij, ut tradunt Petr. Gregor. & Zechius proximè.

De Ecclesiæ denique defensore, de quo loquitur idem Gelas. in d. cap. *Monachus*, Zolymus Papa in cap. *In singulis*, vers. *Defensores*, eadè dist. 77. Concil. Chalcedon. cap. 2. in cap. *Si quis Episcopus*, ibi, *Ad defensorem*, prima mentio habetur in Actis sanctorum Martyrum relatis à Baron. Annal. tom. 2. Anno Christi 286. vbi sic dicitur de sancto Caio Pontifice, & Beato Sebastiano: qui ad multorum profectum sub ipeia militia latebat, Ecclesiæ defensorem constituit; cæ-

teros verò subdiaconos fecit. Eius munus potissimum consistebat in defensione pauperum, & Ecclesiarum aduersus potentias diuitum; cuiq; alia etiam negotia diuersi generis consueuerat delegari, ut clarè deducitur ex epist. 25. Beati Gregor. lib. 4. vbi de defensore Ecclesiæ constituendo formulam tradit his verbis: *Ecclesiastica utilitatis intuitu id in nostro sedit arbitrio, ut si nulli conditioni, vel corpori teneris obnoxius, nec fuisti clericus alterius ciuitatis, aut in nullo tibi Canonum obuiant statuta, officium Ecclesiæ defensorem accipias, ut quicquid pro pauperum commodis tibi à nobis iniunctum fuerit incorruptè, & viuaciter exequaris vsurus hoc priuilegio, quod in te habita deliberatione contulimus, ut omnibus, quæ tibi à nobis fuerint iuncta complendis, operam tuam fidelis exhibeas redditurus de actibus tuis sub Dei nostri iudicio rationem.* Hactenùs Gregor. de ordine defensoris.

De eisdem defensoribus ab Imperatoribus postulandis decretum inuenitur multo ante editum, nempe in Conc. Carthag. 5. can. 9. quod sic habet. *Ab Imperatoribus vniuersis visum est, postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestijs sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis aduersus potentias diuitum cum prouisione Episcoporum delegentur.* Et quia munus erat in Ecclesia Dei illis temporibus valdè necessarium; postea idem D. Gregor. anno Christi 598. eorum officium in vrbe auxit honore, ac dignitate, defensoresque septem constituit eisdem Regionibus vrbis diuisos, quibus erant Notarij, & Subdiaconi, de quibus supra diximus, qui etià ex eo Regionarij appellabantur, quorù priuile-

Baron.
Damas.
Platina.
Gom.
Pe. Greg.
Zechius.

Trid.
Salzedo.

Pe. Greg.
Zechius.

C. Monach.
bus.

C. In singulis.
77. dist.

Conc. Calced.

C. Siquis Episcop.
Baron.

D. Greg.

8

Conc. Carthag.

D. Greg.

privilegium speciale erat, ut assisteret
 Pōtifici in Ecclesia cum cætero Cle-
 ro; præter quas septem alij etiam in
 vrbe dabantur, mittique etiam sole-
 bāt in diuersas prouincias, in quibus
 subueniebant oppressis imploranti-
 bus Apostolicæ sedis auxilium; quo
 sensu de magistratu in Africa, qui di-
 cebatur defensor Ecclesiæ meminit
 Possidius in vita Aug. cap. 12. ut hæc
 omnia deducuntur ex epist. D. Greg.
 lib. 7. epist. 26. & 19. in d. 1. & epist. 16.
 17. & 18. 19. & 20. Et quomodo se
 gerere debuissent defensores in præ-
 stando auxilium pauperibus, & op-
 pressis illud implorantibus, docet idē
 D. Gregor. d. lib. 7. epist. 66. & 24. in
 d. 2. & lib. 9. epist. 22. in d. 4. tradit ele-
 ganter Baron. Annal. tom. 8. anno
 Christi 398. §. Hoc pariter anno, cum
 sequētib. & tom. 5. anno Christi 398.
 §. Quod insuper.

Postea tractu tēporis videtur hoc
 officium eo modo, quo antea erat in
 desuetudinem abiisse; forte quia non
 necessarium fuit, solumq; deindē ap-
 pellatus fuit defensor Ecclesiæ ille, qui
 eius bona, causas, lites, atque nego-
 tia curat, & defendit, qui aduocatus
 dicitur, & Castaldus, ut in specie de-
 clarat Urbanus Papa in cap. *Saluator*,
 vers. *Defensoris*. i. q. 3. & alio nomine
 syndicus Ecclesiæ, seu Actor dici-
 tur; de quo agitur in tit. & cap. vnico
 de syndico, iuxta text. in l. vltima,
 §. *Defensores*, ff. de muner. & honorib.
 notat in specie P. Soar. de Relig. tom.
 1. lib. 4. de simonia, cap. 29. n. 9. Petr.
 Greg. syntag. d. lib. 15. cap. 40. num. 1.
 Duar. lib. 1. de sacris Eccles. min. cap.
 19. quod quidem licet verè officium
 sit, & munus personale, ut in d. §. *De-
 fensores*, dubium tamen est, an sua na-

tura sit munus Ecclesiasticum, & in-
 ter officia Ecclesiastica computari
 debeat, quia à laico, & quolibet sæcu-
 lari exerceri potest, de quo infra di-
 cemus in §. 5. & tradit Duar. proximi-
 mè.

De iure ciuili dabantur etiam de-
 fensores ciuitatum, qui magistratus
 erant cum iurisdictione, & potestate,
 & non nisi decreto Episcoporum,
 clericorum, honoratorum, possesso-
 rum, & Curialium constituebantur,
 de quibus est tit. Cod. de defensor.
 ciuit. & Nouella 15. Iustiniani, tit. de
 defensor. ciuit. in Auth. probantque
 l. *Defensores*, ita l. 8. Cod. eodem titul.
 l. *Iubemus*, Auth. *Præsides*, Cod. de E-
 piscopali aud. §. *Interim*, Auth. de de-
 fensor. ciuit. Germ. lib. 2. de sacror.
 immunit. cap. 6. n. 38. Petr. Gregor.
 syntagm. p. 2. d. lib. 18. cap. 18. n. 3. &
 ibi per totum caput latè illorum of-
 ficiū, & potestatem explicat.

Vnde ex his iam apparet, quænam
 fuerint in primitiua Ecclesia duo il-
 la officia Ecclesiastica Notarij, & De-
 fensoris, de quibus agit Gelas. Papa
 in d. cap. *Monachus*. 77. dist. Quibus
 benè peractis, clericis ad superiores
 ordines aspirare licebat, ut inquit
 text. ibi, & notat Baron. Annal. tom. 1.
 anno Christi. 44. §. *Ignatius* verò, in
 fine. Quod verò spectat ad Diaconis-
 sas, de quibus in dicto cap. *Dia-
 conissam*. 27. quæst. 1. & alibi; illud cer-
 tum est, earum ordinem quidem fuis-
 se in Ecclesia primitiua, ut inquit
 Epiphanius hæresi 9. his verbis:
*Ministrarum quidem Diaconissarum ap-
 pellatarum ordo est in Ecclesia, & cæc.*
 Sed neque manus impositionem ac-
 ciiebant, neque aliquo sacramento
 initiatæ erant. Quæ de causa Cone.

E Nyffe-

Possidius
 D. Greg.

Baron.

9

Cap. Sal-
 uator.

Tit. de syn-
 dico.

L. vlt. ff.
 muner.

P. Soar.

Pe. Greg.
 Duar.

10

Tit. Cod.
 de defens.
 ciuit.

Nouella
 Inst.

L. Defen-
 sores.

L. 8.

L. iubem.
 Aut. Præ-
 sides.

Auth. de
 def. ciuit.

Germ.
 Pe. Greg.

11

C. Mona-
 chus.

Baron.

Cap. Dia-
 conissam.

Epiphan.

Cœc. Nys- Nyssenum cap. 19. easdem inter lai-
sen. cas adnumerat, sed solum quibusdam
muneribus pijs, & Ecclesiasticis præ-
positæ erant in ordine ad baptismum,
& alia huiusmodi ministeria, ob quæ
Henric. Diaconissæ appellabantur, vt notat
Henric. in Sum. lib. 1. c. 21. §. 2. in fin.
Baron. Diximus supra q. 1. n. 9. explicantque
Germon. Baron. d. tom. 1. anno Christi. 34. §.
Quinam fuerint. Germon. d. lib. 2. de
sacror. immunit. c. 2. n. 16. vsq; ad fin.
& nos infra in disp. de Diaconis de il-
lis, illorumq; muneribus agemus. Eæ
verò, quæ apud sacros Auctores quæ-
doq; appellatur Presbyteres; quædoq;
Episcopos non solum ordine carebāt,
sed neque munere aliquid, prout Dia-
conissæ in Ecclesia fungebātur, alioq;
respectu ita appellabantur, vt etiam
infra explicabimus, aduertit Baron.
Baron. proximè, §. Rursum verò.

§. III.

De officijs Ecclesiasticis, quæ modo in Ec-
clesia reperiuntur, & primum de
officijs ratione beneficij.

SUMMARIUM.

- 1 Officium Ecclesiasticum dupliciter accipi potest, vel latè, vel strictè.
- 2 Quotuplex sit beneficium Ecclesiasticum?
- 3 Primum gradum abinent in Hierarchia Ecclesiastica beneficia illa, in quibus cum officio spirituali, & iure percipiendi decimas dignitas, & iurisdictio sunt coniuncta, & quæ sint huiusmodi beneficia.
- 4 Qui beneficia obtinent sine dignitate, & iurisdictione officium Ecclesiasticum habere censentur.
- 5 Parochus dicitur habere officium Ec-

- A 5 ecclesiasticum, & unde parochia, & parochiani appellentur: & quæ debeant concurrere ad parochiam constituendam remissiuè?
- 6 Rector officium Ecclesiasticum habere dicitur, & unde appelletur?
- 7 Idem de Plebano dicendum est, & unde deriuetur?
- 8 Vicaria perpetua inter officia Ecclesiastica numeratur, & quare sic appelletur.
- 9 Parochus, Rector, Plebanus, Vicarius perpetuus genericè curiones appellatur.
- B 10 Interpretatio ad tex. in cap. 4. de clerico agroto.
- 11 Commendarij officium Ecclesiasticum habere dicuntur, & qui sint Commendarij?
- 12 An idem dicendum sit de Commendarijs temporalibus, & qui sint?
- 13 Canonici in Cathedralibus habent officium Ecclesiasticum, & in quibus consistat?
- 14 Idem de Assisijs, seu Mansionarijs dicendum est, qui illi sint, & in quibus eorum officium consistat?
- C 15 Idem de Capellanis perpetuis, & qui de temporalibus.
- 16 In quo differant Capella, & Capellania?
- 17 An Capella huius Regni, & Hispanie inter beneficia Ecclesiastica numerentur?
- 18 An defensarij, seu Prestimoniarij obtineant officium, & beneficium Ecclesiasticum?
- D 19 An Prestimoniarij, qui habent prestimonia collata in titulum beneficij, habeant verè beneficia Ecclesiastica? & quid si prestimonia fuerint tantum stipendia studentibus, vel pro fide militansibus concessa.

- 20 An Coadiutores in officio Ecclesiastico sint constituti.
- 21 Coadiutores alij dantur cum futura successione beneficij, alij sine ea.
- 22 Coadiutores dati sine successione beneficij, non habent officium Ecclesiasticum.
- 23 Coadiutores dati in perpetuum cum futura successione beneficij, officium Ecclesiasticum habere dicuntur.
- 24 Qui dicantur vicarij temporales Ecclesiarum, & an habeant officium Ecclesiasticum?
- 25 Vicarij temporales Ecclesiarum verè beneficiarij non sunt, cum non detur in titulum, neque in perpetuum vicaria.
- 26 Quae beneficia in iure regularia appellantur, & qui ratione illorum dicantur officium habere?
- 27 Qui clerici dicantur habere beneficia regularia.
- 28 Monachi, & alij regulares obtinentes prioratus, abbatias, & vicarias perpetuas beneficia habent regularia.
- 29 Monachi omnes, qui in uniuersum religiosi professi ordinum regularium officium Ecclesiasticum obtinere possunt ratione beneficij, quatenus diuino cultui, orationi, & contemplationi mancipantur.
- 30 Canonici Regulares, quales sunt hodie in Regio monasterio Sancta Crucis Conimbricensis, & alibi officium Ecclesiasticum, & spirituales habent.
- 31 Praeceptores ordinum Militariũ, qui vulgariter appellantur, Commendatores, officium sui ordinis ex Ecclesiae institutione dicuntur exercere.
- 32 Resoluitur tales praepceptores neque ratione beneficij, neque alio modo officium Ecclesiasticum, seu spirituale obtinere, sed magis temporale.
- 33 Fundamenta, quibus probatur, has

praepceptorias, seu Commendas non esse beneficia Ecclesiastica, proponuntur.

D

Eindè quod attinet ad officia Ecclesiastica, quae postea in Ecclesia fuere, & hodie in illa reperiuntur, sciendũ

est, officium Ecclesiasticum vel sumi posse latè, prout etiã comprehendit cetera alia beneficia, & dignitates Ecclesiasticas; vel strictè prout ab illis differt; quemadmodũ accipitur in d. cap. 1. de constit. lib. 6. tunc verò nihil

aliud est, quàm administratio rerum Ecclesiasticarum sine iurisdictione, & praeminètia, vt ex Rebus. in prax. tit. saeculare beneficium, n. 9. & alijs declarat Afor. d. 2. p. lib. 3. c. 13. q. 5. & c. 1. q. 4. vers. 4. diuiditur. Vnde secũdũ

has acceptiones officia Ecclesiastica alia quidè sunt ratione beneficij Ecclesiastici (cum omne beneficium detur propter officium cap. vlt. de Rescript. lib. 6.) Alia absque ratione beneficij (quia è cõuersio non omne officium Ecclesiasticum beneficiũ habet) sed ratione administrationis rerum vel sacrarum, vel etiam Ecclesiasticarum, nempe profanarũ, quae Ecclesiae sunt; alia ratione iurisdictionis Ecclesiasticae, vel sacramentorũ, quãdò de illis tractandis agitur; vt benè hanc officiorum Ecclesiasticorũ distinctionè ponit Pet. Greg. syntagm. p. 2. d. lib. 15. cap. 39. n. 1. Cui ego addo alia esse tam ratione beneficij, quàm iurisdictionis, & dignitatis simul, vt statim videbimus. Sciendum

etiam est, beneficij Ecclesiastici inter alias diuisiones eas praecipuas esse ad propositum; vt aliud sit saeculare, aliud regulare, aliud simplex; aliud curatum; aliud cum dignitate; aliud

E 2 sine

I

Cap. 1. de
Const. in 6

Rebus.

Afor.

Cap. vlt.
de Rescri.
in 6.

Pet. Greg.

Selua.
Rebuf.
Gracia.
Afor.

sine illa: vt Selua 1. p. q. 2. Rebuf. in prax. tit. *Quotuplex sit beneficium*, & ex multis, quos citat tradunt Gratia. 1. p. cap. 6. à num. 3. & 11. Afor. d. cap. 1. q. 4.

2.

Et vt ab vltimis incipiamus tam ratione beneficij sæcularis, quàm ratione dignitatis simul, & iurisdictionis. Imprimis inter officia Ecclesiastica numerantur omnia illa beneficia, quibus etiam cum officio spirituali, & iure percipiendi redditus (in quibus duobus beneficium consistit) dignitas Ecclesiastica, & iurisdictionis sunt cõiuncta, de quibus suprâ diximus, vt inter sæculares Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, & omnes alię inferiores dignitates Ecclesiasticæ, quas suprâ recensuimus, quæ sua natura continent officia Ecclesiastica spiritualia, propter quæ conferuntur; & ideò propriè appellantur etiam beneficia, & officia Ecclesiastica, vt de Papatu (in quo maior poterat esse dubitatio) probat tex. in cap. 1. ibi, *In depressione officij, & beneficij nostri*, de maledic. vbi notant Doctores, traduntq; Barbat. in Clem. *Gratia*, notab. 2. de Rescript. Selua. de benefic. p. 1. q. 2. à num. 26. Rebuf. in praxi 1. p. d. tit. *sæculare beneficium quotuplex* nu. 3. Flamin. de Resignat. benefic. lib. 2. q. 1. à n. 5. Fabric. tit. de maior. & minor. n. 22. Afor. d. 2. p. lib. 3. cap. 1. quæst. 5. cum multis alijs citatis à Cened. ad Decret. 149. n. 5. & de Cardinalatu tex. in cap. 2. de Cleric. non resid. Selua suprâ n. 33. Petr. Greg. rei benefic. cap. 10. n. 3. Fabric. proximè n. 27. Quauis contradicat Ruseus in tract. regal. priuileg. 13. n. 21. & 29. contendens solum officium, nõ beneficium esse.

Cap. 1. de
Maled.
Barbat.

Selua.
Rebuf.
Flamin.

Fabric.
Afor.

Cenedo.
Cap. 2. de
Cleric. nõ
resid.

Selua.
Pe. Greg.
Ruseus.

Et de Episcopatu est text. in capite *Felicis*, vers. *Quod si quis*, de pæn lib. 6. & de alijs dignitatibus eadem est ratio; proptereaque omnes tam maiores, quàm minores appellatione beneficij Ecclesiastici contineri; subindeque officia Ecclesiastica in eis reperiri communis est Doctorum resolutio cum glos. 1. in reg. 1. de reg. iur. lib. 6. & latè prosequuntur Selua d. p. 2. à n. 28. & q. 3. per totam, Rebuf. d. tit. *sæculare beneficium*, n. 4. 5. & 6. Gonsal. in reg. de mensibus glos. 7. à n. 39. vsque ad 43. Flamin. d. q. 1. à n. 54. Quintaduenhas Ecclesiastic. lib. 1. cap. 4. à n. 6. Garc. & alij ab eo citati de benefic. 1. p. cap. 6. n. 2. & n. 37. Afor. Instit. moral. d. 2. p. lib. 3. cap. 1. q. 5. iuncto cap. 13. q. 4. & 3. d. tit. de maior. & minor. à princ.

B

Deindè ratione solius beneficij absque dignitate, seu iurisdictione inter sæculares officium Ecclesiasticum habere censentur omnes illi, qui beneficia obtinent, quibus est cura animarum iniuncta strictè, & propriè sumpta, quæ curata parochialia, seu duplicia in iure appellantur; de quibus in Extrauagant. *Execrabilis*, vers. *Quantum*, de præbend. inter communes. Talis enim cura officium importat, iuxta tex. in cap. *Quia nonnulli*, ibi. *Vt cum vnum officium*, de cleric. non resid. pertinent ad forum interius, & sacramentorum administrationem cum potestate ligandi, & soluendi in foro pœnitentiali, vt ex alijs benè declarat Garc. d. 1. parte, cap. 6. num. 3. 5. & 6.

D

Hî sunt Parochus, à quo nomine dicitur parochia, seu paræcia, vt Budæus vult & parochiani, seu paræciani, vt in tit. de paroch. & alien. paroch.

Cap. Felicis de pæn. in 6.

Glossa.
Selua.
Rebuf.
Gonsal.

Flamin.
Duenhas.
Garcia.

Afor.

3

Extrau.
Execrabilis.

Ca. Quia nonnulli.

Garc.

4
Budæus.
Tit. de paroch. & alien. paroch.

ch. & eo nomine etiã fuisse antiquos Christianos demonstrat D. Aug. lib. 14. de Ciuit Dei his verbis, *Fuit presbyter nomine restitutus in parocia Calamensis Ecclesie*, Et deriuatur vel à præbitione, eo quod plebi sibi commissæ sacramenta, & sacra præbeat (Parochus enim Græcè idem quod præbitio est) vel à parocia, quæ Græcè idem est, quod acolarum conuentus, seu habitatio, aut cura, & quod illi præficiatur, & curam habeat animarũ totius populi intra illos limites congregati, vt benè declarant Petr. Gregor. d. lib. 15. cap. 24. n. 6. & 7. Lelius Zechius de Repub. Ecclesiast. cap. 28. n. 1. Vnde & beneficium parochiale, seu Ecclesia parochialis appellatur, vt in d. cap. Quia nonnulli, & sæpè alibi. Ad quam constituendã quæ debeant concurrere, & multa circa parochos tradunt Afor. Moral. p. 2. lib. 3. cap. 12. Zech. proximè à n. 2. latè Gonsal. ad reg. de mensibus, glossa 6. ex n. 34. citati à Garc. suprã n. 4.

5 Reçtor etiam cuius meminere tex. in cap. vlt. de præbend. & in cap. 3. de Cler. ægrot. qui talis appellatur, quia plebem, & populum sibi commissum cum cura regit, iuxta tex. in cap. 1. de Capell. monach. cap. 3. de vita, & honest. Cler. eiusque beneficium rectoria dicitur d. cap. vlt. de præbend. Petr. Gregor. proximè n. 10. & 11.

6 Plebanus, qui scilicet habet plebis curam, cuiusque Ecclesia propterea Plebana vocatur, vt in cap. 1. Ne cler. vel monach. libr. 6. de qua idem Petr. Gregor. suprã proximè n. 12. 13. 14. vbi distinguit, & declarat, nosq; etiã suprã §. 2. n.

7 Vicarius quoque perpetuus, de quo in capite *Postulasti*, 27. de Rescripti.

pti. & in Clem. 1. de officio vicar. & per totum eodem titulo in Decretal. vt potè qui etiam officium habet Ecclesiasticum cum cura animarũ; quoties enim vna Ecclesia parochialis alteri vnitur, vel quoad titulum, & temporalium regimen alicui ministerio, seu pio loco applicatur, in ea præbyter constituitur, qui sacramentorum, & spiritualium habeat administrationem; isque vicarius perpetuus appellatur, habito respectu ad rectorem principalem illius Ecclesiæ, seu monasterij, cui vnita fuit cap. *Extirpanda*, §. Qui verò de præb. cap. 1. de *Capell. monach.* libr. 6. explicant latè Rebuf. in praxi tit. de Vicar. perpet. à n. 1. Hoied. de incompatib. 1. p. cap. 15. à n. 2. Flores de Menauar. lib. 1. cap. 10. à n. 8. & 16. Afor. Inst. moral. 2. p. lib. 3. cap. 6. Petr. Gregor. supr. n. 15. & 16.

Et hi omnes cõmuni nomine Curiones, seu Curiati rectè etiam appellantur; sumpto nomine à Curijs, id est, regionibus vrbis, quibus præponuntur, vt sacramenta ibidem administrant; quemadmodum etiam apud Romanos Gentiles quidam ex singulis Curijs, quibus Roma erat diuisa, sacris præficiabantur, & deligebantur ad sacerdotium ex lege Romuli, vt ex Dionys. Alicar. refert Petrus Gregor. num. 1. proximè. Quauis autem officium habeant Ecclesiasticum, vt suprã, non tamen dignitatem Ecclesiasticam, aut prælaturam habere dicuntur, vt per Francum in dict. cap. 1. in fine. Ne cleric. vel monach. libro 6. Neque obstant verba textus in capite *Tua*. 4. de Cleric. ægrot. ibi, *In parociali Ecclesia pralationis officio fungitur, & cat. Sumitur*

Cap. 1. de offic. vic.

Cap. Extirpanda
Cap. 1. de Capell. monach.
Rebuf.
Hoied.
Flores.
Afor.
Pe. Gregor.

8

Pe. Gregor.

Franc.

Cap. Tua.

mitur enim ibi praelatura largo, & improprio modo; quatenus scilicet parochus, & alij supra numerati plebi sibi commissae praesunt quo ad forum poenitentiae, vt explicat Zechius

Zechius. d. cap. 28. ante num. 1.

9

Insuper ratione tantum beneficii sine dignitate inter eosdem saeculares officium Ecclesiasticum habere dicuntur. Commendatarij perpetui beneficiorum, de quibus loquitur Trid. sess. 7. de Reform. cap. 4. qui sunt illi, quibus ad vitam beneficia commendantur in eorum fauorem, vt quia habent dignitatem, vel aliud beneficium incompatible propterea que aliud in simul in titulum obtinere non possunt; tunc enim conceditur eis in commendam, vt sic vberiores fructus ex illo percipiant, & commodius valeant sustentari. Vel etiam quando monasteria regularia clericis saecularibus dantur in Commendam, vt ita in eis spiritualium, & temporalium habeant administrationem; remanente vero titulo apud regulares, vel in alijs exemplis, quae refert, & explicat Hoied. de incompat. benef. 2. p. cap. 14. n. 5. Rebus. in prax. tit. de Commendat. n. 28. & de pacif. possessor, n. 43. vbi ponit formam. Tales enim quia in commendam illa proprie, & vere beneficium Ecclesiasticum habere dicuntur, & in eo locum habent iura omnia de beneficijs loquentia, vt per Hoied. proximè à n. 6. Gosal. ad reg. de mensibus, glo. 5. §. 8. à n. 2. vsque ad 33. Garc. de benefic. 5. p. cap. 14. à n. 48. Ideo etiam ratione illius officium Ecclesiasticum ei iniunctum obtinere censentur.

10

Dixi, Commendatarij perpetui, quia temporales, de quibus agit tex.

in cap. Nemo deinceps. 15. de elect. lib. 6. qui sunt illi, quibus ad tempus Ecclesia parochialis, vel similis commendatur; dum ei de rectore prouidetur; vel cum non habenti alias legitimam etatem ad obtinendum beneficium in titulum, datur ei in commendam, licet dum commendatur etiam in officio Ecclesiastico esse dicantur; non tamen eis prouenit ratione beneficii; quia commendam temporalis beneficium Ecclesiasticum non est, vt ex communi affirmat Hoied. d. cap. 14. n. 7. Gosal. supra à n. 35. vsq; ad 36. Et fuit sententia Glos. sic accipiendae in d. cap. Nemo, verb. Commendare, & in cap. Si constiterit. de accusat. per tex. ibi Anton. Fabr. in praxi, & theorica rei benef. tit. De benefic. in tit. & commed. à n. 4. Riccius collect. q. 27. Soar. tom. 1. de Relig. lib. 4. de simon. cap. 27. n. 2. Asor. moral. to. 2. lib. 6. cap. 31. q. 5. Petr. Greg. d. lib. 15. cap. 38. n. 1. Et haec de beneficijs parochialibus, seu curatis saecularibus.

Ratione verò simplicis beneficii saecularis absque cura in officio Ecclesiastico in primis esse censentur Canonici Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, quorum officium in duobus praecipue consistit; scilicet in choro cum participatione diuinorum, & loco in capitulo, vt deducitur ex cap. Relatum. 9. cap. Dilectus. 19. cap. Pro illorum. 22. in fin. cap. Dilecto. 25. cum alijs de praeb. & de officio in choro agit eleganter Trid. synodus sess. 24. de Reform. cap. 12. vers. Omnes. De voce verò in Capitulo text. in cap. Cum in Ecclesia. 25. de praeb. lib. 6. cap. Nouit. cum alijs ibidem de his, quae fiunt à prael. sine consensu cap. prosequuntur latè de Canonicis

C. Nemo deinceps.

Hoied. Gosal. Glossa.

Cap. Si constiterit. Fabric. Riccius.

Soar. Asor. Pe. Greg.

II

C. Relatum. Ca. Dilectus.

C. Pro illorum.

C. Dilecto.

Trident. Cap. Cum in Eccles.

C. Nouit.

Pe. Greg. nicis agentes vltra antiquiores, Petr. Gregor. syntagm. d. libr. 15. cap. 23. per tot. Zechius de Rep. Ecclesiast. capi 24. à princ. Afor. d. tom. 2. mor. lib. 3. cap. 11. Duar. lib. 1. de sacri. Eccl. min. cap. 18.

12

Deinde clerici illi, qui in iure vocantur Afsisij, & alio nomine Mansionarij, quod videlicet in eisdem Ecclesijs assidue, & veluti permanenter officium canendi in choro, & diuina celebrandi obire teneantur; quorum

C. Siquis fit mentio in cap. Siquis Episcopus. 1. Episcopus q. 1. & in cap. pen. vbi glos. verb. Afsisios; de cler. non refid. qui canonicis inferiores sunt, ab eisq; differunt in

statu, in choro, & voce in Capitulo; dicunturque vulgari nomine Raçoerzos, vt explicant Alberi in dictionario, verb. Afsisij, Selua de benef. p. 1. q. 2. n. 47. Zechius n. 2. Petr. Greg. à n. 11. Afor. cap. 9. & 10. supra citatis locis, Fabric. tit. de reliq. stipend. Ecclesi. à princip. & nu. 12. Vnde immerito P. Soar. d. lib. 4. de simon. cap. 29. n. 10. afferit, se non inuenire expositionem illius nominis. Mansionarij, de quo in d. cap. Siquis Episcopus, aliter declaras; cum tamen frequens sit, & à prædictis auctoribus late tractata.

13

Postea Capellani, qui scilicet capellanas obtinent auctoritate Episcopi institutas, si in perpetuum, non verò ad tempus amouibilibiter ad nutum in eis intitulentur. Has enim Capellanas verè esse beneficia Ecclesiastica, & subindè officium spirituale annexum habere, deducitur ex tex. in cap. Quæsitum, qui loquitur de altaribus, quæ sunt idem atque Capellæ, vt infra. i. q. 3. & notat glos. in Clem. 2. de decim. Paul. Fusc. de Visitat. lib. 2. cap. 11. à princ. Anton. Fabr. tit. de

C. Quæsitum.

Glossa. Fus Fabric.

Capellis, & Capellanis, n. 25. Selua de benef. 1. p. q. 3. n. 23. Rebuf. tit. saculare beneficium quod aplex n. 14. Gonsal. cum pluribus à se citatis ad reg. 8. Cancellar. glos. 5. in princ. n. 68 Garc. de benef. 1. p. cap. 2. n. 95. Afor. mor. Instit. 2. p. lib. 3. cap. 8. q. 3. Petr. Greg. in instit. rei benefic. cap. 11. n. 10. & syntagm. p. 2. lib. 15. cap. 29. n. 5.

Selua. Rebuf. Gonsal. Garc. Afor. Pe. Greg.

Huiusmodi autem capellaniæ modo habent oratorium per se, seu Ecclesiam, aut ædem sacram cum plebe, vel sine illa separatam; & tunc magis propriè dicuntur capellæ, vt in Rubrica, & cap. 1. De Capell. monoch. modo altare tantum in aliqua æde sacra, seu templo ab alijs altaribus diuuium; & tunc magis appellatur Capellaniæ. Vnde literæ Apostolicæ de priorib; loquentes diriguntur sub hac forma; videlicet, vt ex sequentibus verbis apparebit. Reçtori Capellæ N. de posterioribus vero N. perpetuo Capellano in sacra æde, seu templo N. explicant latiùs ex Rebuf. Petr. Gregor. d. cap. 29. n. 2. Afor. d. lib. 3. cap. 1. q. 5. ad fin. & cap. 8. q. 1. cui tamen non assentior dum putat, altaria, quorum meminit

14

Rub. de Capellis.

C tex. in cap. Reçolentes, ibi, Ecclesias, vel altaria, de stat. monach. d. cap. Quæsitum. 1. q. 3. distincta esse beneficia à prædictis Capellanijs; idem namque sunt, & modo vno, modo alio nomine in iure vocatur ex Petr. Greg. supra nu. 1. De origine verò nominis, Capellæ, videbimus glos. vltimam in cap. Concedimus, de consecrat. dist. 1. Afor. d. cap. 3. q. 2. Petr. Greg. d. n. 1. & circa altaria multa tradit Stephanus Durant. de ritibus Ecclesiæ lib. 1. cap. 15. & 25.

Pe. Greg. Afor.

Cap. Reçolentes. C. Quæsitum.

Pe. Greg.

Glossa. Afor.

Durant.

15

Porro modo dicta circa Capellas nequaquam procedens in illis, quæ in

E 4

nostra

nostra Lusitania passim instituuntur ex bonis profanis cum onere missarum, seu aliorum piorum operum, & absque auctoritate Episcopi; tales etenim nullo modo inter officia, aut beneficia Ecclesiastica numerantur; imò tanquam merè profanæ iure sanguinis, aut hæreditario deuoluuntur ad instar fideicommissorum, seu maioratum, iuxta tradita per Cabedo. 2. p. decis. 51. à nu. 4. cum sequentibus; quod ipsum de capellis Hispaniæ tradunt citati à Gonsal. supra n. 34. & potestati sæculari Regis, magistratu uivè sæcularium subiectæ manent ex Ord. lib. 1. tit. 62. §. 39. Lara de aniuers. & Capell. lib. 2. cap. 1. à n. 3. aduertit etiam Petr. Gregor. d. cap. 29. n. 11. De Capellanis autem Papæ hic sermo non est; non enim officium obtinent Ecclesiasticum ratione beneficij; sed sunt iurisperiti, qui in officijs diuinis summo Pontifici inserviunt in sua Capella; in qua qui olim causas, & controuersias idem summus Pontifex audiebat, illisque multoties earum audientiam delegabat, ut ex ipsorum relatione postea iudicaret, factum fuit, ut processu temporis, crescente negotiorum multitudine non solum audientia, sed etiam decisio eisdem committatur. Vnde auditores sacri Palatij dicti, & nunc Auditores Notæ nuncupati, & quod per Notā, id est, ordinem illis sedentibus examini, officiumque Ecclesiasticum obtinere censentur ratione iurisdictionis, ut explicant ex alijs Petr. Greg. d. cap. 29. à n. 13. & 14. Zechius de rebus Eccl. cap. 11. n. 1. Additque Greg. proximè, ex istis Capellanis Papæ alios esse commensales, alios honoris tantum titulo donatos cum stipendijs;

Cabedo.

Gonsal.

Ord. Reg.
Lara.

Pe. Greg.

Pe. Greg.
Zechius.

alios denique sine illis; de quibus Boerius. Gallus. Parlam. q. 17. n. 9. Ioann. Gallus in quæst. decis. per Arest. Parlam. q. 31.

Defensarij verò, & præstimoniarij maius dubium est, an officium Ecclesiasticum obtineant ratione simplicis beneficij? idque propter controuersiam Doctorum disputantium, an pensiones, & præstimonia beneficia Ecclesiastica sint censenda, quia de illa alibi opportuniùs. Nunc quod attinet ad propositum resoluendum videtur, pensionarios, quibus pensiones in titulum assignantur ex redditibus beneficiorum, tanquam clericis in sustentationis stipendium, cum videlicet beneficijs renunciant, vel aliter officium Ecclesiasticum habere, quia huius pensiones verè beneficia sunt Ecclesiastica, quibus officium illud est annexum cum onere recitandi saltem officium paruum Beatæ Mariæ, sicque procedit text. in cap. Ad audientiam. 31. de Rescript. in quo pensiones inter beneficia Ecclesiastica computantur; ubi constanter tuetur Barbat. à nu. 5. cum sequentibus, Rebuf. de nomin. q. 9. n. 37. Gig. de pension. q. 1. 21. & 28. Nauar. conf. 59. n. 1. & 2. & consil. 61. n. 3. de simon. plures, de quib. Garc. de benefic. d. 1. p. cap. 5. n. 9. & 10. & eleganter prosequitur P. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 26. quicquid alij reluctentur, cum quibus Asor. d. 2. p. lib. 3. cap. 5. q. 2.

Similiterque Præstimoniarij in officio Ecclesiastico esse dicentur, si habuerint præstimonia collata in titulum beneficij perpetui, quæ vulgari sermone Lusitano, *Aprestimos*, dicimus, hæc enim verè etiam sunt beneficia Ecclesiastica, ut probant tex. sic intelligen-

Boerius.
Gallus.
Parlam.

16

Cap. Ad
audientiam
Barbat.
Rebuf.
Gigas.

Nauar.

Garr.

P. Soar.
Asor.

17

Cap. ult. Tident. intelligendi in cap. ult. ibi, *Præstimonijs*, de concess. præb. lib. 6. Trid. sess. 14. de Reform. cap. 9. & sess. 23. de Reform. cap. 18. dum inter beneficia Ecclesiastica enumerat etiam præstimonia, seu præstimoniales pensiones, & tradunt Oldrad. cons. 81. n. 2. Host. in cap. *Postulasti*, de Rescript. & multi alij antiquiores, ac nouiores, quos referunt, & sequuntur Hoieda de incõpatib. 2. p. cap. 8. à n. 8. Garc. de benefic. 1. p. cap. 2. à n. 117. Gonsal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 2. nu. 9. Fabric. in prax. & theorica benefic. tit. de præstimonijs à n. 4. Asor. d. lib. 3. cap. 7. q. 1. Lara de Annuers. lib. 2. cap. 8. à nu. 53. Et ex constitutione Pij 5. incipit, *Ad perpetuam rei memoriam*, quam refert Nauarr. in Manu. cap. 25. n. 112. tenentur officium diuinum recitare, quod sufficit, vt Ecclesiæ inseruire, ministeriumque, & officium Ecclesiasticum habere dicantur, vt aduertit Asor. d. q. 11. in fin. Quod si præstimonia fuerint solum stipendia, que studentibus, vel militatibus pro Christianæ fidei defensione dari consueuere absque aliquo onere spirituali (quæ videtur esse prima illorum origo, & constitutio, vt docent modo citati) prout hodiè in nostra Lusitania nonnulla reperiuntur concessa Marchionibus de Villareal, tunc illa obtinentes nequaquam officium Ecclesiasticum habere cõsentiunt; quia talia præstimonia verè beneficia non sunt, vt elegantèr ad propositum distinguunt Hoieda n. 12. Gonsal. n. 10. Asor. d. q. 1. Fabr. n. 4. & 7. sup. Flami. de resign. benefic. lib. 2. q. 1. à n. 124.

Prædictis omnibus, qui officium Ecclesiasticum habere dicuntur ratione beneficij curati, vel simplicis

annumerant etiam Doctores Coadiutores, seu Adiutores, qui Ecclesiarum rectoribus morbo, seu impedimento alio detentis conceduntur; de quibus per totum tit. de Cler. ægrot. vel etiam Canonicis, seu alijs beneficijs; hos etenim non solum officium Ecclesiasticum habere, sed etiã prælationem cum cura animarum, proindèque verè beneficiarios esse tradit glos. verb. *Curam*, in cap. de Rectoribus. glos. verb. *Administrationis* ad med. in cap. *Tua nos*, de Cleric. ægrot.

B Confirmarique potest ex verbis tex. ibidem, ibi, *administrationis officio*: & ex multis adductis per Gõsal. ad reg. de mensibus, glos. 5. §. 9. à nu. 2. cum sequentibus vsque ad nu. 18. quibus probari videtur, adiutores veros esse prælatos cum administratione. Verùm quia in contrarium stat communis ferè omnium Doctorem sententia cõtendentium, adiutores, seu coadiutores beneficiarios non esse, neque prælatos, quia beneficij, & prælaturæ titulum non habent (vrpotè qui residet penes coadiutum, & penes duos esse non potest) sed tantum functionem, & ministerium, vt docent Abb. in d. cap. de Rectoribus. n. 6. Asor. d. lib. 3. cap. 2. q. 4. Gonsal. d. §. 9. n. 19. & à n. 64. cum multis sequentibus, Petr. Greg. rei benefic. cap. 11. n. 2. & syn. tagm. 2. p. lib. 15. cap. 25. n. 1. Garc. de benefic. 4. p. cap. 5. à n. 122. Anton. Fabric. tit. de offic. & administr. n. 20. cū sequentibus. & noster Lusitanus Gonsal. Mendes de Vascõcelos diuers. iur. argum. lib. 4. cap. 1. n. 8. inde multa deducentes. Et ad fundamentum contrarium glo. verb. *Curam*, verbaque tex. in d. cap. *Tua nos*, benè respondet cum Abb. Asor. supra.

Dicen-

Tit. de cleric. ægrot.

Glossa. Cap. Tua nos.

Gonsal. Glossa.

Abb. Asor. Gonsal. Pe. Greg.

Garc. Fabric.

Mendes de Vascõcelos.

Glossa.

Asor.

19

Dicendum videtur, adiutores alios quidem esse temporales, seu simpliciter datos absque futura successione; cum videlicet deputantur ob infirmitatem, vel aliud impedimentum proprii beneficiarij; de quibus in d. tit. de cler. ægrot. in Decret. & 6. & per totum. 7. q. 1. Quæ impedimenta refert Gonsal. d. glo. 5. §. 9. à n. 20. & illorum materiam; in compendium reduxit Ioan. Andr. in cap. ult. de Clericis non resid. ubi prosequuntur Anton. de Butrio, & Imol. Asor. d. cap. 2. Gonsal. d. §. 9. Garc. d. cap. 5. à n. 4. & alij ab eisdem citati. Alios verò datos in perpetuum cum futura successione, ut post cessum, vel decessum proprietarij in beneficio succedant; quorum usus licet non reperiatur de iure communi, ut asserit Cassad. dist. 2. n. 2. de rest. spol. Postea tamè stillo Curie fuit introductus, & data iusta causa multoties conceduntur in Canonicatibus, & dignitatibus; rarissimè verò in parochialibus, teste Gonsal. d. §. 9. n. 48. & 51. de illisq; latè agunt Mandos. in praxi signaturæ gratiæ, titul. Coadiutoria, vers. Altera. idem Gonsal. à n. 40. Garc. à n. 13. & 53. supra meminitque Trid. sess. 25. de re-form. cap. 7.

20

Ex his priores nempe simpliciter dati ob impedimentum absque futura successione verè beneficiarij non sunt, utpotè deficiente titulo; proindeque officium Ecclesiasticum ratione beneficij non obtinent; sed tantum illius officij functionem, & ministerium loco proprietarij adiuti, & in hoc sensu dicuntur habere curam animarum in d. cap. de Rectoribus, verbo Curam; nempe functione, & ministerio, non iure, habitu, seu potestate; &

in eodem sensu dicitur in d. cap. Tua nos, beneficiorum proprietarium remouendum esse ab administrationis officio. i. à functione, & actu illius non à iure, & potestate, ut benè interpretantur Abbas, & Asor. supra citatis locis. Eodemque modo procedunt omnia adducta per Gonsal. d. §. 9. à n. 2. quæ in contrarium adduci poterant.

Posteriores verò, nempe dati in perpetuum cum futura successione, probabiliter dici potest, verè beneficiarios esse; officiumque Ecclesiasticum in Ecclesia ratione beneficij habere; licet etiam in his illud constanter negent Asor. d. cap. 2. q. 4. vers. Roget quispiam, Gonsal. d. §. 9. à n. 64. Garc. d. cap. 5. n. 122. Tales enim semper deputantur cum congrua portione; argumento tex. in d. cap. De rectoribus, ibi, Congruam recipiat portionem, &c. & sunt perpetui, irreuocabilesque. Undè fit, ut habeant ius perpetuum recipiendi redditus Ecclesiasticos propter officium spirituale, in quo natura beneficij consistit. Neque obstant rationes aduersæ; solum enim euincunt, hos coadiutores non habere ius in ipsomet Canonicatu, nec titulum illius, neque per illorum obitum vacare (hæc namque omnia, & alia competunt coadiutis, ut prosequuntur Gonsal. & Garcia citati)

non tamen concludant, eos non habere ius in ipsamet coadiutoria, neque illius titulum obtinere; illum namque habent; coadiutoria enim perpetua cum futura successione continet per se gratiam specialem distinctam, & separatam à gratia coadiuti, ut fatentur Gonsal. n. 53. Garc. supra, qui titulum tribuit; neque inconuenit, quod coadiu-

Cap. Tua nos.

Abbas. Asor. Gonsal.

21

Asor. Gonsal. Garc.

C. de Rectoribus.

Gonsal. Garc.

Gonsal. Garc.

coadiutus retineat titulum sui beneficij; coadiutor verò titulū diuersum coadiutoriae nanciscatur; & in vtroque titulo beneficium detur, quemadmodum ex doctrina eiusdē Afor. d. lib. 3. cap. 6. q. 5. vers. *Obijcies*, cernitur in simili in vicario perpetuo Ecclesiae unitae respectu rectoris principalis; vterque enim verum titulum beneficij habet; nempe Rector in rectoria, seu praelatura, Vicarius in vicaria perpetua, indèq; Doctores multa, quae solis beneficiarijs competunt, coadiutoribus tribuunt, quae prosequuntur iisdem Gonsal. d. §. 9. Garc. d. cap. 5. per totos. Quae tamèn loquendo consequenter ad eorundem sententiam illis omnino neganda foret.

In eodem etiam officio Ecclesiastico ponuntur ab aliquibus vicarij temporales Ecclesiarum qui ad tempus solummodò, vel ad voluntatem constituentis deputantur; veluti quando vna Ecclesia parochialis, seu Cathedralis alteri aequè principaliter vnitur, vt factum fuit in terminis cap.

1. Ne sede vac. bonus text. in cap. *Et tempus.* 16. q. 1. vnus enim solus est vtriusque rector, seu praelatus, & in altera, in qua actu non inseruit, vicarium ad tempus constituit, non perpetuum d. cap. *Et temporis.* Rebus. in prax. tit. de Vicario perpetuo, nu. 3. Gonsal. glos. 5. §. 3. n. 12. & in multis exemplis, de quibus in iure passim fit mentio, prout in cap. *Peruenit.* 28. de appellat. cap. *Ex eo*, vers. *Porro*, de elect. in 6. Extrauag. *Execrabilis*, vers. *Quantum autem*, de prae bend. Ioan. 22. & in alijs iuribus, quae referunt glos. vlt. in cap. *Si pauper.* 30. de prae bend. lib. 6. idem Gonsal. n. 14. 15. & 16. iuncto n. 35. & 36. supra. Afor. 1. p. lib. 3.

cap. 6. q. 3. & apud nos in hoc Regno Lusitano cernere est in illis, quos vocamus, *Curas*, & in Castella, *Tenientes de Curas*, qui rectorum Ecclesiarum parochialium vicarij sunt; singulo quoque anno constituti, vt eos in regimine Ecclesiarum adiuuent, & eorum etiā in absentia inseruiant, propter quod ab ordinario loci literas de regendo impetrant, quas dicimus, *Cartas de Curas*, quarū meminit Petr. Gregor. syntagm. 2. p. lib. 5. cap. 24. n. 17.

Cæterum aduertendum, istos vicarios temporales Ecclesiarum functionem quidem officij, ministerijq; Ecclesiastici habere; nullatenus tamèn officium Ecclesiasticum ratione beneficij obtinere, quia verè beneficiarij nō sūt, neq; ipsa vicariabeneficiū, cū non detur in titulum, neque in perpetuum, sed ad tempus, vt benè tradunt Afor. d. cap. 6. q. 5. Gonsal. d. §. 3. n. 35. & 45. vbi ex n. 88. vsque ad n. 45. plures inde effectus deducit; fuitq; in terminis sententia d. glos. vlt. in d. cap. *Si pauper*, quam sequuntur communiter Doctores ibi, & in cap. *Postulasti*, de Rescript. Petr. Greg. in instit. rei benefic. cap. 11. n. 16. & 17. & syntagm. iuris vniuersi d. lib. 15. cap. 37. n. 1. & d. cap. 24. n. 17.

Quid autem dicendum sit de officijs illorum, qui hospitalibus, & pijs locis regendis praeponuntur, infra videbimus. Et hæc de officijs Ecclesiasticis ratione beneficij simplicis secularis; ratione autem curati beneficij, vel simplicis regularis (de duplicibus enim, i. dignitatibus regularibus iam supra mentionem fecimus) officium Ecclesiasticum obtinere dicuntur omnes illi, qui vel curata, vel simplicia

Afor.

Gonsal. Garc.

22

Cap. 1. ne sede vac. Cap. 6. tēpus.

Rebus. Gonsal.

C. Peruenit.

C. Ex eo. Extrau.

Execrabilis.

Glos.

Gonsal. Afor.

Pe. Greg.

23

Afor. Gonsal.

Glos.

C. Postulasti. Pe. Greg.

24

C. de Capell. mon.
C. Cum de beneficio.
Ca. Cum singula.
Clem. de suppl. neglig. pralat.
Clem. de elect.
Trid.
Rebus.
Asor.
Gracia.
Gonsal.

plicia regularia beneficia possident, nempe illa, quæ ex fundatione, donatione, aut ordinarij, seu superioris institutione, vel saltem ex præscriptione regularibus tantum conferuntur; hæc enim regularia in iure appellantur, iuxta textum, & ibi notata per Doctores in cap. 1. de Capell. monach. cap. Cum de beneficio, 5. cap. Cum singula. 32. de præbend. lib. 6. Clem. 1. de suppl. neglig. Pralat. Clem. 1. de elect. Trid. sess. 14. de reform. cap. 10. Rebus. in prax. tit. Regularia beneficia, num. 1. Asor. d. 2. p. lib. 3. cap. 26. q. 1. Garc. de benefic. 1. p. cap. 6. nu. 13. & 17. cap. 10. à princip. Gonsal. in Reg. de mensibus glos. 8. à n. 1.

25

Huiusmodi sunt clerici, quibus committuntur in perpetuum Prioratus Abbatia, Vicaria perpetua, Capellania, & alia beneficia Ecclesiarum ordinum Regularium cum certa portione reddituum Ecclesiasticorum pro ministerio spirituali, & administratione sacramentorum in eisdem Ecclesijs exercenda, ut in terminis d. cap. 1. de Capell. monach. Clem. 1. de suppl. neglig. Pralat. Trid. sess. 25. de regularibus. cap. 11. & alibi. Tales enim vere beneficiarij sunt, & proinde ratione beneficij, officio Ecclesiastico incumbunt, ut omnes fatentur; neque de his, si clerici seculares fuerint, vel etiam regulares, prout passim videmus, clericos Ordinum militarium est aliqua dubitatio; quia in eorum persona nihil inconuenit, quod habeant ius recipiendi redditus Ecclesiasticos in perpetuum propter officium spirituale, in quo beneficij essentia consistit.

C. 1. de Capell. mon.
Clem. 1. de suppl. neglig.
Trid.

26

Sunt etiam Monachi, & alij regulares obtinentes dictos prioratus, & alias administrationes Ecclesiarum, quæ

similiter monasterijs competunt, vel in titulum, vel in proprietatem, vel utroque iure, prout in specie cap. Pastoralis, cap. Consultationibus, de donat. c. Constitutus, de relig. domibus, & alibi. Tales enim administrationes vere etiam beneficia sunt Ecclesiastica cum officio spirituali; ut est tex. & ibi glo. verb. *Renocari*, ind. Clem. 1. ibi, *Et alia beneficia*, de suppl. neglig. pralat. tradunt Federic. conf. 55. Nauar. cõment. 2. de regular. nu. 6. Asor. Mor. 2. p. lib. 3. cap. 26. q. 2. Gonsal. de mensibus glos. 8. n. 115. Garc. de benefic. 1. p. cap. 2. n. 69. Flam. de confident. q. 16. & alij. Licet enim, ut explicat Asor. proximè dicantur administrationes, & iure administrationis monachis conferri, illud est propter votum paupertatis religiosorum eas obtinentium, & quia ad nutum superiorum amoueri possunt, iuxta cap. Cum ad monasterium, §. Tales, de statu monach. cap. 1. §. In eos, de priuileg. in 6. Ideòque non tollit, quo minus verè sint beneficia, quia de se, & sua natura perpetua sunt, quanuis efficiat, ut religiosi eas obtinentes verè beneficiarij dici non possint propter obedientiam, & votum, quia nec dominium reddituum acquirunt, nec in perpetuum præficiuntur: ut elegantèr in terminis declarat Gambar. de officio leg. lib. 4. cap. 1. n. 15. & 16. citans Rotam decis. 739. n. 6. p. 1. diuersorum, quem sequitur Gonsal. de mensibus glos. 5. §. 6. n. 31. secundum quæ accipièda sunt quæ in hac quæstione tradunt Asor. supra Cened. canon. cap. 20. à n. 25. & alij.

C. Pastoralis.
C. Consultationibus.
C. Constitutus.
Glossa.

Feder.
Nauar.
Asor.
Gonsal.
Garc.
Flam.

C. Cum ad monasterium.
§. Tales, de statu monach. cap. 1. §. In eos, de priuileg.

Gamb.

Gonsal.

Asor.

27

Numerantur quoque iidem monachi, omnesque in vniuersum religiosi professi ordinum Regularium, quatenus

quatenus tales sunt ; quos quidem officium Ecclesiasticum obtinere ratione beneficij ex eo probatur ; quia cōmuniter Doctores resoluunt, monachatum per se esse beneficium regulare , vt ex doctrina glossæ , verb. *Beneficijs*, in princip. in Clem. 2. de iudic. & Abb. in cap. 2. notab. de stat. monach. tradunt Selua de benef. 1. p. q. 2. n. 76. Rebuf. in prax. d. tit. Regularia beneficia, n. 6. Petr. Gregor. in instit. rei benef. cap. 10. numer. 27. Gonfal. dict. gloss. 8. numer. 115. & alij varias adducentes rationes. Sed quia contrariam sententiam tuentur idem Abb. in dict. Clem. 2. de iudic. vbi Bonifac. n. 31. Feder. d. conf. 5. nu. 5. Asor. d. 2. p. lib. 3. cap. 26. q. 7. Neque glos. in d. Clem. 2. oppositum dicit, sed tantum esse officium,

Ideòque ad propositum resolue ex mente Asorij proximè, & aliorū, monachos quidem verè officium habere Ecclesiasticum , & spirituale , quatenus diuino cultui , orationi , & contemplationi mancipantur , iuxta tex. in cap. *Duo sunt genera*. 12. q. 2. cum multis traditis per Bellarm. tom. 1. controuers. 5. generali, lib. 2. de Monach. cap. 2. cum sequentibus. Petr. Gregor. syntagm. p. 2. lib. 15. cap. 14. à principio. Et in hoc sensu officium etiam clericale habere, prout locum habent, seu ius in monasterijs choro deputatum ; quod quidem officium clericale dicitur cap. 1. vbi Innoc. n. 4. de Celebrat. miss. Nauar. in cap. *Quando*, notab. 7. corol. 15. de consecrat. dist. 1. Sot. libr. 10. de iust. quæstione 5. articul. 3. & in his terminis posse beneficiarios aliquo modo appellari. Strictè tamen, & propriè loquendo tales non esse, quia refragante vo-

to paupertatis ex eo quod monachi sint , non habent titulum aliquem cum portione reddituum Ecclesiasticorum separata, prout requiritur ad essentiam beneficij; imò in communi viuunt sine proprio, aut acquisitione, iuxta notata in cap. *In presentia*, de probat. cap. *Cum ad monasterium*, de stat. monach. cum alijs.

Adduntur etiam Canonici Regulares, quales sunt hodie in Regio monasterio Sanctæ Crucis Colimbriensis in nostra Lusitania , & alibi, de quibus in iure fit mentio in cap. *Cum olim*. 14. de priuileg. cap. *Quod Dei timorem*, de statu monach. nam istos propriè beneficiarios esse conueniunt vtriusque sententiæ Autores in dicta Clementin. 2. & Asor. proximè. Sed idem de illis dicendum videtur, atque de cæteris monachis, quia etiam communem vitam degunt separatam portionem reddituum non habentes, neque proprium, imò paupertatis voto prout alij sunt adstricti. Quare officium Ecclesiasticum, & spirituale habent, beneficium tamen propriè loquendo, minimè.

Denique præceptores Ordinum militarium prout in nostra Lusitania sunt illi, qui vulgariter appellantur, *Commendadores*, ordinis Domini nostri Iesu Christi, & Sancti Benedicti de Auís , & in Castella Sancti Iacobi de Spata, Alcántaræ, & Calatrauæ, aliorumque ordinum militarium in alijs regnis, militesque Sancti Ioannis Hierosolymitani, & templi, de quibus iure communi loquitur textus in capite *Cum deputati*, de iudic. vocans eos præceptores, & explicant ibidem Doctores communiter Asor.

F d. 2. p.

Glos.
Abbas.
Selua.

Rebuf.
Pe. Greg.
Gonfal.

28

Abbas.
Federic.
Asor.

29

Cap. Duo
sunt.
Bellarm.
Pe. Greg.

Innoc.
Nauar.
Sot.

Cap. In
presentia.
C. (si ad
monaste.

30

Cap. Cum
olim.
Ca. Quod
Dei.
Clem. 2.
Asor.

31

Cap. Cum
deputati.
Asor.

d. 2. p. libro 3. cap. 26. quæstione 8.

& latiùs 1. parte, libro 13. cap. 3. cum

Pe. Greg.

sequentibus, Petrus Gregorius dicto

libr 15. cap. 34. cum sequenti, & alij.

Nam tales officium sui ordinis ex

Ecclesiæ institutione dicuntur exer-

cere dict. cap. *Cum deputati*, videlicet

militando aduersus Christiani nomi-

nis hostes, & Religiosi, ac fratres etiã

appellantur, eorumque præfectus

*Ca. Cum
& plan-
tare.*

Prior, cap. *Cum & plantare*. 3. in prin-

cipio, cap. *Tuarum*. 11, de priuileg.

*C. Tuarum
C. Dudum.*

cap. *Dudum*, de decimis, & alibi; ra-

tioneq; huius officij percipiunt red-

ditus Ecclesiasticos in titulum per-

petuum perceptoriæ, seu commen-

dæ. Quare cum sint verè beneficia-

rij, & huiusmodi præceptoris bene-

ficia Ecclesiastica regularia, vt tradit

Barbat. in Clem. *Causam*, de elect. &

multis citatis, Garc. de benefic. 1. p.

cap. 4. Cabedo. de patrimon. Regiæ

Coronæ, cap. 15. à num. 7. Asor. supra

d. cap. 26. q. 9. merito etiam in officio

Ecclesiastico ratione beneficii regula-

ris esse dicentur.

Quibus tamen non obstantibus

contrarium verius existimo, nempè

hos præceptores neque ratione be-

neficii, neque alio modo officium

Ecclesiasticum, seu spirituale obti-

nerè, sed magis temporale. Nam

præceptoris huiusmodi non dantur

propter officium Ecclesiasticum, aut

spirituale recitandi horas Canoni-

cas, aut saltem Beatæ Mariæ; neque

hoc onere adstringuntur, sed ma-

gis propter operam temporalem mi-

litandi, scilicet contra infideles. Et

licet hoc sit pro Ecclesia, & ex ipsius

institutione, & cum redditibus Ec-

clesiasticis, non tamen sufficit, vt

officium Ecclesiasticum sit, cum mi-

nisterium illud natura sua sit tempo-

ræ; quemadmodum videre est in

aliorum officijs, Oecono, Syndi-

co, & similibus, de quibus infra age-

mus; qui licet Ecclesiæ inseruiant

cum certa portione reddituum Ec-

clesiasticorum; quia tamen inser-

uiant in ministerijs temporalibus,

nec beneficiarij sunt, neque offi-

cium Ecclesiasticum habere dicun-

tur.

Atque ita circa has præceptorias

eleganter tradit Soares de Religione

tom. 1. libr 4. de simonia, capite 27.

num 6. asserens esse subsidia, vel sti-

pendia temporalia data pro oneri-

bus tantum temporalibus; & eiusdem

fuisse sententiæ Victor. & Aragon.

in locis, quos citat; & communiter

omnes viros Doctos Castellæ, &

Lusitaniæ, vbi huiusmodi commen-

dæ frequentiores sunt. Similiterque

non esse beneficia Ecclesiastica de-

ferunt Mandos. regul. 3. Cancell.

q. 11. n. 3. Petr. Gregor. d. libr. 15. cap.

34. nu. 2. latissimè ad vtramque par-

tem disputans Asor. sibi contrarius

Mor. p. 1. libr. 13. cap. 3. q. 4. per totam,

Anton. Fabric. in praxi, ac theoricæ

rei benef. tit. de præceptoris à n. 5.

& cum eadem resolutione remanet

tandem Cabedo. d. cap. 15. à num. 15.

Licet huiusmodi præceptores, si non

beneficiarij, neque verè religiosi sint;

personas tamen Ecclesiasticas esse

verior sit sententiæ, de qua alibi dice-

mus opportunius.

Aduertes autem modo dicta so-

lum intelligenda esse de militibus

prædictorum ordinum, qui huiusmo-

di præceptorias, seu commendas ob-

tinent; non autem de clericis, qui in

Collegijs, seu Conuentibus eorum-

dem

33

P. Soar.

Victor.

Aragon.

Mandos.

Pe. Greg.

Asor.

Fabric.

Cabedo.

32

*Barbat.
Garc.
Cabedo.
Asor.*

dem ordinum recipiuntur ad obeunda diuina mysteria; laudes in choro canendas, & sacrificia celebranda; tales enim si Ecclesijs ordinum præfiantur, vt solet, verè beneficiarij sunt regulares; & subindè ratione beneficij officium Ecclesiasticum obtinere dicentur, vt elegantè aduertit idem Afor. proximè §. Adnotandū est, cum duobus sequentibus.

Afor.

Et hæc in vniuersum de illis, qui officia Ecclesiastica habent in Ecclesiæ Hierarchia ratione beneficij.

§. V.

De Officijs Ecclesiasticis ratione administrationis, siue rerum sacrarum, siue Ecclesiasticarum temporalium, siue piarum actionum, & locorum.

SUMMARIUM.

- 1 Ratione officij simpliciter Ecclesiastici distinctio personarum in Ecclesia reperitur.
- 2 Sacrista ratione administrationis officium obtinet Ecclesiasticum.
- 3 Quod fuisse munus Archidiaconi, cui sacrista erat subiectus?
- 4 Vnde Thesaurarius Ecclesiæ appellatur.
- 5 De iure communi Thesaurarius solum erat officium Ecclesiasticum, ex consuetudine tamen, & statutis Ecclesiarum Cathedralium dignitas Ecclesiastica, & beneficium censetur.
- 6 Custos Ecclesiæ officium Ecclesiasticum habet.
- 7 Quæ sint de officio Custodis?
- 8 Munus ostiarij est claudere, & aperire ianuas, & fores Ecclesiæ.
- 9 Qui dicantur œconomi?
- A 10 Oeconomi Ecclesijs vacantibus dabantur per ordinarios, & quid hodiè in Cathedralibus?
- 11 In quo differant Oeconomi à Syndico, & procuratore?
- 12 Qui in hoc Regno vulgari sermone dicantur Iconomi.
- 13 Quale sit officium vice domini, seu Maior domus.
- 24 An Syndici, Aduocati, Procuratores, Actores, Castaldi, & Defensores Ecclesiarum officium habeant Ecclesiasticum?
- B 15 Cellerarij, aliàs Cellarij qui dicuntur?
- 16 Operarij vnde appellantur, & quod officium habeant?
- 17 De ipsorum origine.
- 18 Quis hodie officium operarij exerceat, & quæ portio operaria vocetur?
- 19 Qui sint Obituarij?
- 20 An Rectores hospitalium, & aliorum piorum locorum præpositi habeant officium Ecclesiasticum?
- C 21 Qui appellentur Procotrophi?
- 22 Qui Brephotrophi?
- 23 Mesomij vnde dicuntur?
- 24 Nesocomia, vbi morbo lepræ percussitantur, leprofarij appellari solent.
- 25 Gerocomij, seu Gerontocomij quales sint?
- 26 Eleemosinarij vocantur, qui deputati sunt eleemosinis faciendis, & loca, redditusq; ad id deputati eleemosinarij nuncupantur.
- 27 Obiectiones, quibus probari videtur, hæc omnia supradiçta officia non esse Ecclesiastica ratione beneficij adijciuntur.
- D 28 Idem etiam respectu administrationis probari intenditur.

29 Resoluitur, supradicta officia, paucis exceptis vere Ecclesiastica esse ratione administrationis rerum Ecclesiasticarum, & piarum actionum.

30 Idem dicendum est de hospitalibus, & alijs pijs locis.

31 Quando hospitalia loca pia recensentur.

32 Soluuntur obiectiones suprà posite.

33 An prædicta officia vendi possint absque vitio simoniæ.

34 Fundamenta negatiua partis solvuntur.

35 Quæ simonia in venditione talium officiorum committatur?

I

R

Atione quoque officij simpliciter Ecclesiastici distinctio personarum in Ecclesia inuenitur, vt iam suprà

Pe. Greg.

diximus; & benè asserit Petr. Greg. syntagm. 2. p. lib. 15. cap. 39. Cum verò officium Ecclesiasticum consistat in administratione rerum sine iurisdictione, vt suprà etiam notauimus, rectè per respectum ad diuersitatem rerum, quæ administrantur, diuersa etiam officia distinguntur.

2

Et in primis ratione administrationis rerum sacrarum officium Ecclesiasticum propriè habet ille, qui rebus sacris Ecclesiæ custodiendis præpositus est, qui appellatur in iure sacrista; de quo agitur in tit. de offic. sacristæ in Decretal. sic dictus, quia quemadmodum locus in quo sacræ res deponuntur, & custodiuntur, etsi aliàs priuatus sit, sacrarium appellatur, l. *Sacræ loca*, 9. vers. *Illud notandum*, ff. de rerum diuisione; indeque communi nomine sacrarium per antonomasiam dicitur locus ille, in quo sacrosancta Eucharistia in Ecclesijs custoditur, iuxta de-

Tit. de offic. sacristæ

L. *Sacræ loca*.

cretum Conc. Gener. Lateran. relatū in cap. 1. de Custodia Eucharistiæ, ita & præpositus rebus illis sacris custodiendis ab earūdem rerum sacrarum nomine sacrista nuncupatur, vt optimè aduertit Petr. Greg. suprà d. cap. 39. n. 3.

Hic suberat Archidiacono, ad quæ cura huiusmodi principaliter spectabat, iuxta text. sic intelligendum in cap. *Ea, quæ*, de offic. Archid. & sub illius sollicitudine, & custodia erant vasa sacra Ecclesiæ, vestimenta Ecclesiastica, omneque thesaurum Ecclesiæ; & quæ ad fouenda lumina spectabant, siue in cera, siue in oleo, vt definit Conc. Tolet. de quo in cap. 1. de offic. sacrist. notatque ibi Gloss. & Doctores Petr. Grego. d. cap. 39. n. 3. Afor. 2. p. lib. 3. cap. 16. q. 5. P. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. cap. 29. n. 11.

Vnde à thesauro Ecclesiæ custodiendo thesaurarius alio nomine appellatur, vt per Isidor. in nostro cap. *Perlectis*, vers. *ad thesaurarium*. 25. dist. idemquè est officium, Petr. Gregor. n. 4. Afor. quæst. 4. Soar. n. 11. suprà, & Græco nomine, *Ciminiarcha*, etiam à Iustiniano dicitur in leg. vlt. §. vlt. Cod. de bon. auth. iud. possid. i. rerum pretiosarum asseruator, seu custos vulgo, *Guardajoias*. Petr. Greg. proximè, & locus, in quo asseruantur, *Cimiliarchium* d. §. vltim. aliàs à nostris Pontificibus Honorio, & Gregorio Ciminile, & Ciminilia, cap. *Cum inter*. 29. de verbor. signific. dict. cap. *Ea, quæ*, de offic. Archid. iuxta quam nominum differentiam hodie apud nos in Ecclesijs secularibus dicitur thesaurarius; in regularibus verò, seu conuentibus religiosorum sacrista appellatur.

Conc. Lat.

Pe. Greg.

3

C. *Ea quæ*

Coc. Toll.

Glossa.

Pe. Greg.

Afor.

P. Soar.

4

Isidor.

Pe. Greg.

Afor.

P. Soar.

Iust. Imperator.

Pe. Greg.

Cap. *Cum inter*.

C. *Ea quæ*

De

5.

De iure quidem communi neque dignitas erat Ecclesiastica, neque beneficium, sed tantum officium Ecclesiasticum; idque propter administrationem, & custodiam illarum rerum sacrarum, thesaurique Ecclesiæ.

Rebus.
Pe. Greg.
Fabric.

Rebus. in prax. titul. sæculare beneficium quotuplex n. 9. Petr. Gregor. d. cap. 39. Anton. Fab. tit. de benef. cum dignitate n. 59. & multi apud Rotam 9. de præbend. in nouis prout & hodie adhuc idem videmus seruari in Ecclesijs inferioribus, in quibus thesaurarius, qua talis beneficiarius non est; & ideo ratione solius officij Ecclesiastici ad nostram Hierarchiam munus hoc pertinebat; & ob eandem rationem pertinet etiam ad materiam simoniæ, & vendi prohibetur; sicut alia spiritualia, vt ex Soto, & Hugolino, quos citat, tradit Soar. d. cap. 29. n. 11. Ex consuetudine tamen, & statuti ferè omnium Ecclesiarum Cathedralium tam apud nos, quam alibi constat, dignitatem esse in Cathedrali non subiectam Archidiacono, quæ vocatur *The soureiro mór*, & habet sub se alium thesaurarium inferiorè. vt multis senatus Arestis confirmatum dicit Fabric. supra nu. 60. iuncta addit. litera Y. & in hoc sensu intelligenda est sententia Asor. d. cap. 16. q. 6. dum simpliciter asserit dignitatem esse.

Soar.

Fabric.

Asor.

6

Deinde ratione huius administrationis rerum sacrarum ex officio Ecclesiastico censetur esse Custos Ecclesiæ, iuxta rubricam, & totum titulum de officio custodis in Decretal. qui etsi in plerisque ministerijs idem videatur atque sacrista, seu thesaurarius, vt insinuat cap. 2. ad fin. vers. *In terminis*, eo tit. & Asor. dicto

Rubr. de
offi. Custodis.

Asor.

cap. 16. quæst. vlt. attenda tamen origine diuersa sunt officia, vt constat ex diuersitate titulorum in Decretal. Neque enim verissimile est, Gregorium nonum in earum compilatione duos, diuersosque titulos eiusdem officij vnum post alterum inutiliter addidisse.

Greg. 9.

Vnde Custos videtur fuisse tanquam minister sacristæ, eidemque additus; vt ex Antonio de Butrio dicit gloss. in rubrica eiusdem tituli, quam sequitur Petrus Gregor. dicto lib. 15.

7

Butrio.
Glossa.
Pe. Greg.

cap. 39. nu. 7. & partitionum iuris Canonici lib. 2. tit. 9. cap. 5. nu. 10. Nam ultra munia sacristæ incumbuntia seruandi scilicet, & custodiendi utensilia Ecclesiæ, quæ etiam custodi incumbunt cap. 1. eo titulo ad eius munus ultra spectat signa dare ad horas Canonicas recitandas per tintinabuli pulsationem, & luminaria Ecclesiæ accendere, & ignem vigilanter custodire, ne extinguantur dicto capite 1. (de quo munere fouendi, scilicet ignem perpetuum in Ecclesijs in symbolum Spiritus Sancti, & in deficientis diuinitatis diuinatis, vide multa tam de ritu Iudæorum, quam Gentilium curiosè adducta ad propositum per Petrum Gregorium dicto cap. 39. à nu. 8 vsque ad finem.)

C

Pe. Greg.

Vinum, hostias, incensum, & alia ad altaris sacrificium necessaria præparata habere; ac denique eleemosynas, & alia iussu Archidiaconi inter pauperes distribuere, vt habetur in cap. 2. eo tit. prosequitur Asor. d. cap.

Asor.

16. quæst. 7. Quæ omnia sacristæ, seu thesaurario de iure non competebant. Hodiè tamen ex consuetudine hæc omnia in Ecclesijs inferioribus sacristæ, seu thesaurarij propria sunt;

F 3

& in

& in Cathedralibus thesaurarij inferioris; proindeque attendita consuetudine idem vtriusque censetur esse officium; ad quam fortassis consuetudinem quarundam Ecclesiarum respexit tex. in d. cap. 2. in fin. eo tit. vers. *Hi tres* dum custodis appellatione sacramentam comprehendere videtur.

C. de offi. Custodis.

8

Quibus adde; dictum officium thesaurarij videri introductum in Ecclesia tanquam coadiutorem Ostiarij, qui ordinem quidem Ecclesiasticum habet, & eius munus est, claudere, & aperire ianuas, & fores Ecclesiae. Nam Ostiarij coadiutorem fuisse Sacellarium ex temporali deputatione sacerdotis, & sacellario in Ecclesia Cathedrali successisse thesaurarium asserit Henric. in Sum. lib. 10. de ordine, cap. 9. §. 2. Vnde etiam ut notat Afor. proxime q. 5. alicubi Sacellarius vocabatur a paruo nimirum sacco, quem ferebat secum, vel habebat ad pecunias Ecclesiae in eo reponendas, & asseruandas.

Henric.

Afor.

9

Ratione verò administrationis rerum Ecclesiasticarum temporalium alij officarij Ecclesiastici in Ecclesia reperiuntur. Primo Oeconomi, quorum passim fit mentio tam iure civili, ut in l. *Iubemus*, Cod. de sacros. l. *Omnes*. 33. §. *Hoc nihilominus*, Cod. de Episc. & cler. Quam etiam Canonico, ut in cap. *Quia*, cum sequentibus, & per totum. 89. dist. & saepe alibi. Et ex his alij erant, quibus sub Episcopo res, & bona temporalia Ecclesiarum, & episcopatum gubernanda, & administranda committebantur. Cogebantur enim Episcopi ex Conc. Calcedon. cap. 26. Oeconomos habere, qui res Ecclesiasticas secundum ipsorum arbitrium, & sententiam dis-

L. Iubem.

L. Omnes

C. Quia.

Conc. Calced.

pensarent. Cap. *Quoniam* 16. q. 7. vbi A glos. verb. *Episcopum*, cap. *Cum simus*. 9. q. 3. d. cap. *Quia in quibusdā*. 89. dist. Adeo. ut si negligētes in eo fuissent, Metropolitanus illos eligeret; & si ipsemet Archiepiscopus sibi non elegisset, eius suffraganei ei eligebant d. cap. *Cum simus*, quod constitutum fuit tum vt administratio, & conseruatio bonorum Ecclesiae maiori sub fide fieret, neque Prælati vlla suspicione fraudis arguerentur d. cap. *Quia*, vers. *Vt non sine*. tum vt eidem prælati magis diuinis incumberent, & à bonorum temporalium, & negotiorum mere per Oeconomos leuantur tum denique vt dum Episcopi morerentur, Oeconomi notionem haberent bonorum, ac rerum ad Ecclesiam ipsam pertinentium, & illarum, quæ Episcoporum propriae essent, & vtrique in illorum potestate permanerēt cap. *Illud quod*. 12. q. 2. iuncta ratione cap. *Manifeste*. 12. q. 1. Vnde hi Oeconomi non solum in Episcopatibus, sed etiam in Ecclesijs inferioribus, & monasterijs constitui præcipiebantur d. cap. *Cum simus*. 9. q. 3. cap. *Imperatorū*. 4. de iuram. calu. glos. verb. *Episcopū*, in d. cap. *Quoniam*. 16. q. 7. & dispensatores pauperum etiam vocabantur d. l. *Omnes*, §. *Hoc nihilominus*, Cod. de Episc. & cler. hodiēque etiam videntur aliquo modo esse in vsu, & Hispanè vocantur, *Maiordomos de la Iglesia*; Lusitanè verò *Priostes*.

Ca. Quo-
niam.

Cap. Cum
simus.

Ca. Quia
in quib.

Ca. Cum
simus.

C. Quia.

Ca. Illud
quod.

Cap. Ma-
nifeste.

Cap. Cum
simus.

C. Impe-
ratorum.

Glossa.

L. Omnes

Alij, qui Ecclesijs vacantibus dabantur per ordinarios interim dum eis de proprio rectore non providebatur, vt fructus earum perciperent; & vel in Ecclesiarum vtilitatem expenderent, vel futuris personis fideliter reseruariant, cap. *Cum vos*. 4. de offic.

10

Cap. Cum
vos.

offic.

Glossa. offic.ordin. vbi glos. verb. *Oeconomus*, & Doctores. Quod etiam hodie in
Trident. Ecclesijs Cathedralibus vacantibus obseruari iubetur per Conc. Tridēt. sess. 24. de Reform. cap. 16. vbi statuit capitulū sede vacāte *Oeconomū* vnū, vel plures fideles decernere debere, qui rerum Ecclesiasticarum, & prouentuum curam gerant; quorum rationem ei, ad quem pertinebit sint reddituri; explicat agens de vtriusq; *Oeconomis* eleganter vltra alios *Petr. Greg.* partition. iur. cano. lib. 2. tit. 9. c. 5. in scolijs, lit. R. & syntagm. 2. p. lib. 15. cap. 40. nu. 1. meminitque etiam *Duar.* de sacris Eccl. ministr. lib. 1. cap. 19. in princip. Doctores in cap. 2. de iudic. vbi *Dec. n. 9. Abb. n.* etiam 9. *Mantic. n. 25. Felin. Anto. & alij,* *Pater Soar.* de Relig. tom. 1. d. lib. 4. de simon. ca. 29. n. 8. post glo. verb. *Oeconomum*, vbi tex. in cap. *Saluator. i. q. 1. glo. verb. Et maiorem*, in d. capite *C. Imper. Volumus. 89. dist. glos. verb. Oeconomū.* in d. cap. *Imperatorum. 4. de iuram. calumn.* vbi *Ioan. Abb. n. 6. & alij.*

11

Et licet illi *Oeconomi* à syndico, & procuratore differrent, quia dati erant principaliter non ad agendum, aut defendendum, sed ad conseruanda, & administranda bona glos. verb.

C. Imperatorum. *Oeconomum*, in d. cap. *Imperatorum*; poterant tamen loco syndici, & Actoris conueniri, & agere, vt in d. cap. *Imperatorum*, de iuram. calum. & in c. 2. de *Capell. monach.* in princ. & alibi. Notatque *Petr. Greg.* suprà d. cap. 5. littera R. vers. *Differre itaque.*

12

Alij deniq; sunt, quos in hoc Regno vulgari sermone dicimus, *Iconimōs*; qui sunt illi, quos beneficiarij simplices Ecclesiarum inferiorum annuatim constituunt ad inseru iendum

in suis beneficijs cum certa portione.

A Licet enim ex generali consuetudine totius ferè orbis Christiani à personali residentia sint exempti, ad quam tamen de iure tenebantur cap. fin. de Rescript. lib. 6. glossa verb. *Ecclesiastica*, in Extrauag. *Execrabilis*, de præbend. *Ioann. 22.* adstringuntur tamen loco sui clericos vicarios ponere ad inseru iendum, qui dicuntur, *Iconimōs*, vt habetur in Constitutionibus omnium ferè Episcopatum *Egitanensis* lib. 3. tit. 6. cap. 16. *Conimbriensis* tit. 15. constit. 10. & 12. *Visensis* lib. 3. tit. 8. constit. 1. & 2. *Conc. Bracharenf. Act. 4. cap. 28. p. 1. & sæpè alibi.*

Ca. fin. de Rescrip. Glossa.

Egitan. Conimb. Visens. C. Bracharenf.

13

Secundo his similes, & affines erāt vice domini, seu *Maiores domi*, quos Episcopi suis domibus præficere iubebantur, vt pro hospitibus recipiendis, & eleemosynis distribuendis parati essent; & generaliter prouiderent rebus omnibus, & causis, quæ domi gerendæ erant; quemadmodum alias rebus Ecclesiarum gerendis *æconomi* præponebantur. Vnde vicedominum Canonistis esse Episcopaliū rerum *oeconomum* benè ait *Spieg.* in *Lexicon iuris* eodem verbo: traditq;

Spieg. Glossa.

C *Glossa* verb. *Episcopum*, in d. cap. *Quoniam. 16. q. 7.* Quod si Episcopi in eis eligendis negligentes fuissent, à clero eligebantur, vt expressè disponunt text. *D. Gregor.* in cap. *Volumus*, cap. *Diaconum. 89. dist.* vbi verba illa, *Cuius arbitrio Episcopum commissimus disponendum.* Officiū vicedomini explicāt,

Cap. Volumus.

C. Diaconum.

D quod in gubernanda, & administranda domo Episcopi consistebat. Notat glos. verb. *Vicedominum*, in d. cap. *Volumus*, & in d. capite *Saluator*, super eodem verbo. *i. q. 3. & de hoc officio*

Glos. Cap. Saluator.

F 4

agit

C. *Consulere.* agit tex. in cap. *Consulere*. 38. ibi. *Vice dominatum*, de simonia, tradit idem
 Pe. Greg. Petr. Gregor. d. tit. 9. cap. 5. n. 11. & in
 Soar. scolijs litera R. vers. *Habebat*, & d. lib.
 15. cap. 40. n. 3. P. Soar. d. n. 8. cap. 29.
 Vnde originem videntur sumpsisse
 Episcoporum, & aliorum magnatum
 familiares, qui hodie earumdem do-
 muum gubernationem intendunt; &
 vulgari sermone nostro appellantur,
Mordomos, quasi maiores domus, de
 quibus loquitur Ord. Lusitana lib. 2.
 tit. 23. & sentit expressè tex. in d. cap.
Volumus, ibi, *maiores domus*. 89. dist glo.
 d. verb. *Vicedominum*, in d. cap. *Salua-*
tor.

Ord. Re-
 gia.
 Ca. Volu-
 mus.
 Glos.
 14

Tertiò sūt Syndici, Aduocati, Pro-
 curatores, Actores, Castaldi, & De-
 fensores Ecclesiarum, qui in iudicio
 causis forensibus nomine illarū ope-
 ram dant; siue in agendo, siue in de-
 fendendo, & etiam extra iudicium
 in negotijs peragēdis, de quibus agi-
 tur in tit. & cap. vnico de *Syndico*, & in
 tit. de *postulando*, & de *procurator*. & in
 cap. *Si quis Episcopus*. ibi. *aut defensorē*.
 1. q. 1. iuncto d. cap. *Saluator*, vers. *de-*
fensores nomine. 1. q. 3. cum alijs tradūt
 etiam glos. verb. *Episcopum*, in d. cap.
Quoniam in quibusdam. 16. q. 7. Docto-
 res in d. cap. 2. de iudic. vbi Abb. &
 Dec. n. 9. Petr. Greg. d. lib. 15. cap. 40.
 n. 4. & 5. Duar. d. lib. 1. cap. 19. P. Soar.
 res d. cap. 28. n. 9. & qualiter constitui
 debeant, post glos. verb. *Oeconomum*,
 in d. cap. *Imperatorum*, de iuram. ca-
 lump. prosequitur Abb. ibidem ex n.
 7. In quibus autem differant inter se
 Syndici, Procuratores, Aduocati, A-
 ctōres, & Defensores, vt explicat glo.
 d. verb. *Episcopum*, Soar. proximè, la-
 tius idem Petr. Gregor. syntagm. 3. p.
 lib. 49. cap. 5. *Nomine autem Aduo-*

C. vni. de
 Syndico.
 Tit. de po
 stulando.
 Titul. de
 procurat.
 C. Si quis
 Episcop.
 C. Salua-
 tor.
 C. Quoniā
 Abb.
 Deci.
 Pe. Greg.
 Duar.
 P. Soar.
 C. Impe-
 ratorum.
 Glos.
 Soar.
 Pe. Greg.

cati Ecclesiæ non intelliges illum, de
 A quo loquitur tex. in cap. *Prætereā*. 23.
 in cap. *Cum autem*. 24. de iure patro.
 hic enim magis patronus est Eccle-
 siæ, vt rectè interpretatur glos. in d.
 cap. *Prætereā*, & satis constat ex text.
 ibi. *Vnde eius patronatus Aduocatia vo-*
catur, cap. *Quia Clerici*. 6. eodem tit. &
 ius aduocationis, d. cap. *Prætereā*, &
 patrocini ipsi modo aduocati, modo
 vicedomini, modo custodes, seu guar-
 dias habentes appellantur secundum
 regionum consuetudinem. Sunt què
 B omnia hæc nomina tanquam syno-
 nima, & vt talia ponuntur in d. cap.
Prætereā, vt declarat P. Soar. de Re-
 lig. d. lib. 4. de simonia, cap. 28. & ad-
 uertit idem Petr. Greg. Partit. lib. 2.
 d. tit. 9. cap. 5. in scholijs lit. T. & vide
 Lambert. de iure patr. art. 19. q. 7. p. 2.
 lib. 2. & art. 13. q. 6. p. 1. eod. lib. 2.

Ca. Pra-
 terea.
 C. Cū au-
 tem.
 Glos.
 Ca. Quia
 clerici.

C. Præte-
 rea.
 P. Soar.
 Pe. Greg.

Lambert.

Quarto in iure fit mentio Cellera-
 rij, aliàs Cellarij, vt in cap. *Dilecto*. 25.
 de præbend. meminit què Petr. Gre-
 gor. syntagm. d. libr. 15. cap. 40. nu. 6.
 hic nimirum erat qui penui Ecclesiæ
 C asseruando, & dispensando præpone-
 batur; cuiquè tritici, & vini dispensa-
 tio commissa erat; quo sensu apud
 Vlpian. in l. *Quasitum*, col. 2. ff. de in-
 struct. vel instrū. legat. Cellarius etiā
 dicitur, qui præpositus est, vt rationes
 saluæ sint; & Cellarium in neutro ge-
 nere locus à reponendis, promēdisq;
 esculentis, & poculentis diētus, teste
 Spagiel. in Lexic. iuris, verb. *Cellariū*,
 Callep. eodem verbo: confirmatq;
 ex D. Hieronymo, & Plauto Petrus
 D Greg. suprā d. n. 6. tradit etiā Albert.
 in Dictionar. verb. *Cellariū*. Hodièq;
 in aliquibus Ecclesijs Cathedralibus,
 & inferioribus quidam ex Canoni-
 cis, vel beneficiatis Cellario præpo-
 nitur,

15
 Ca. Dile-
 cto.
 Pe. Greg.

L. Quasi-
 tum.

Spagiel.
 Callep.
 Pe. Greg.
 Albert.

nitur, qui *Celleireiro* vulgo vocatur.

Quintò sunt operarij, de quibus agunt etiam Doctores in d. cap. 2. de iudic. vbi Decius n. 11. Abb. n. 10. &

11. Qui alio nomine dicuntur *editui*, quasi *ædium* sacrarum tutores, seu curam gerentes, teste Calepino, verb. *edituus*, seu *æditimi*, aut *æditui à tuendis ædibus*, Spegiel. in Lexicon iuris eodém verbo. Illis cura cõmissa erat operum, & fabricæ Ecclesiasticæ; eorumquè officij apud Gentiles sub nomine *æditui* meminit Aristot. lib. 6. Polytic. cap. fin. inquit: *Alia species curationis est circa rem diuinam, seu sacerdotes, & æditui circa templa, vt conseruentur, que sunt, & dirigantur ruinosa ædificia, & cetera omnia, que pertinent ad diuinum cultum, & cæt.* Et

Plato lib. 6. de Legibus eos vocat quæstores, & asseruatores sacræ pecunie, vt refert, & explicat Petr. Gregor. syntagm. d. 2. p. lib. 15. cap. 31. n. 1. & 2. alibiq; vocantur Magistri operariæ, Rebuf. in tract. nominationum q. 15. n. 18. asserēs, in quibusdam Ecclesijs præfici vnum huic muneri, & ita etiam seruari videmus in Ecclesijs Cathedralibus, qui vulgari sermone modò dicitur *Obreiro*, modò *Fabriqueiro*.

Huius autem officij origo ea videtur esse quod cum in diuisione illa reddituum Ecclesiasticorum in quatuor partes, quæ à D. Syluestro primùm facta fuit, quamque postea sequentes Pontifices Simplicius, Gelasius, Gregor. 1. & alij secuti sūt, vt habetur in cap. *De redditibus*, cap. *Quatuor*, cum sequentibus 12. q. 1. fabricæ Ecclesiarum vna ex quatuor partibus relicta esset, d. cap. *de redditibus*, d. capite *Quatuor* cum alijs; & deindè fu-

turis etiam temporibus tertia oblationum, & decimarum totius diæcesis Episcopis separata extitisset, vt ex ea fabricæ, & reparationi Ecclesiarum consulerent, cap. *Placuit*, cap. *Priscis*, cap. *Vnio*. 10. q. 3. prosequitur ex alijs, quos citat Aluar. Valasc. 2. tom. conf. 179. n. 2. & 3. Sot. de iustit. lib. 10. q. 4. ar. 10. necesse quoque fuit, vt aliquis præficeretur, qui tertiam, vel quartam partem reddituum pro fabrica fidelitèr asseruaret, & diligenter expendere; rationemque omnium Episcopo redderet; vt benè insinuat tex. in d. cap. *Placuit*. ibi, *Et singulis annis Episcopo inde ratio fiat, & c.*

Cum verò postea tertiã hanc decimarum Episcopi reciperent absque vllò onere fabricæ, & reparationis Ecclesiarum, prout & hodie habent; omnesque beneficiarij tenerentur ad restauranda tecta Ecclesiæ, vt in c. 1. de Eccles. ædif. D. Valasc. proximè n. 12. vbi declarat, & de modica refectione intelligendum esse, non de maiori asserit Petr. Greg. d. cap. 31. n. 3. ad fin. iuncto n. 4. & 5. rectè in Ecclesijs saltem Cathedralibus, & Collegiariis introductum fuit, vt huius fabricæ necessitati certa portio fructuum ex cõmunibus omnium deputaretur, iuxta tex. in cap. vlt. de his quæ fiunt à maiori parte, cap. *Optima* l. 11. tit. 10. part. 1. vbi Gregor. Lop Ripa responso 22. colum. 2. D. Valasc. supra n. 11. eaq; per vnum ex Canonicis, seu beneficiarijs à Capitulo, & cæteris electum seruanda, & expendenda quæ portio, *operaria* vocatur, vulgò *Conestria*, ou *beneficio da obra*, ou *fabrica*, & illi præfectus operarius, seu *ædituus*. Rebuf. d. q. 15. n. 18. Petr. Greg. n. 6. proximè.

Sextò

16
Decius.
Abbas.

Calepin.

Spegiel.

Aristot.

Plato.

Pe. Greg.

Rebuf.

17

Syluester
Papa.

Gelasius
Papa.

Greg. Pa-
pa.

C. de Red-
ditibus.

Ca. Qua-
tuor.

Ca. Pla-
cust.
C. Priscis
C. Vnio.
Valasc.
Sot.

18

Cap. 1. de
Eccles. æ-
dif.
Valasc.

Pe. Greg.

C. vlt. de
his q̄ fiūt.
Greg. Lo.
Ripa.
Valasc.

Rebuf.
Pe. Greg.

19

Sextò numerari etiã possunt *Obituarij*, qui erant illi, quibus bona aliqua, seu redditus, siue inter viuos, siue per vltimam voluntatem applicabantur ad rationes faciendas pro mortuis, & obeuntibus, quæ appellabantur obitus. Vnde obituarij dicti sunt, tradit Petr. Greg. d. 2. p. syntagm. lib. 15. cap. 30 n. 2. referens hoc ad antiquam Romanorum consuetudinem, apud quos certi annui redditus sacrificulis relinquebantur, vel ad lucernas, vel ad candelabra ad memoriam obeuntium repetendam, vt per Vuolphangum Lazium, quem citat Comment. Reip. Romanæ, cap. 11. Quales hodie apud nos possunt dici illi, quos appellamus *Mercyeiros*, & *mercearias*, qui sub certo stipendio pro defunctis ad eorum sepulchra orationes Deo fundunt.

20

Septimo, & vltimo sunt *Rectores hospitalium*, & aliorum piorum locorum Præpositi, seu, vt inquit Imperator, piarum actionum administratores; quorum diuersa nomina, & appellationes ponit text. in Clem. 2. de præbend. Clem. *Quia contingit* de relig. domib. l. *Illud*. 19. Cod. de sacros. Eccl. l. *Sancimus*. 46. à secunda, §. *Sed Deo*, C. de Episc. & cler. Auth. de alienat. & emph. §. 1. & §. *Hoc verò*, collat. 9. Auth. de Eccles. titul. §. fin. eadem coll. cap. *In qualibet*, §. *Sancimus*, & ibi glos. verb. *Xenones*. 23. q. 7. cap. *Si quis omnem*, ad fin. 7. q. 1. gloss. verb. *Xenodochijs*, in d. Clem. 2. de præb. pēdetq; hæc nominum diuersitas ex diuersa Regionum consuetudine, vt inquit Gonsal. in reg. de mensibus, gloss. 5. §. 4. n. II. & ex eo, quia humanæ etiã naturæ multiplex est, & plurima misera miseria, cui per illorum locorum

vsus succurritur, vt eleganter in proposito ait Petr. Gregor. d. 2. p. lib. 15. cap. 28. Luc. de Pen. in Rubr. Cod. de mendic. validis, libr. 11. Marian. de Reg. lib. 3. cap. 13. in fin. & cuius pietatis officia roticum quendam beatissimæ memoriæ primum inuenisse testantur Imperatores in l. *Omnia*. 34. Cod. de Episcop. & cleric. Ex illis alij dicuntur *Xenodochij*, qui scilicet præponuntur locis deputatis ad pauperes iterfacientes, & peregrinos hospitandos, quæ loca *xenodochia* similiter appellantur; & de illis loquuntur tex. in cap. *De Xenodochijs*, de religios. dom. d. Clem. *Quia contingit*, & alia iura supra sumptūq; est nomē à verbo Græco, est quod suscipit hospites; quod, auctore Suida, tradunt gloss. verb. *Xenones*, in d. cap. *In qualibet*, §. *Sancimus*. 23. q. 8. Petr. Greg. proxime n. 33. vbi vsque ad num. 38. multa congerit de hospitalitate seruanda, de qua etiam Doctores nostri necessarijs in locis, & in cap. 1. de emptio- ne, & vend.

Alij appellantur *Procotrophi*, qui videlicet regunt loca illa publica, vbi mendici aluntur, & pauperes; quæ loca *procotrophia* dicuntur d. l. *Sancimus*, d. l. *Illud*. de alien. & emphyt. §. *Hoc illud*. & in Can. 8. Conc. Calced. gloss. d. verb. *Xenones*, Petr. Greg. supra à n. 7. & 8. cum sequentib. vbi aduertit, in huiusmodi locis solū recipiēdos esse mēdicos, debiles, qui labore proprio suis corporibus necessarium victum querere non possunt, vt ait tex. in l. *Si quis ad declinandam*. 49. §. *Vbi autem*, C. de Episcop. & cler. non autem validos, qui ex proprio labore victum parare queant; contra quos lata fuit de iure communi constitutio

tex.

Pe. Greg.
Pena.
Marian.

L. Omnia

C. de Xe-
nodochijs
Cle. Quia
contingitGlos.
Pe. Greg.Cap. 1. de
empt. &
vend.

21

L. Sancimus.

L. Illud.
Conc. Calced.Glossa.
Pe. Greg.

L. Si quis

L. vni. C. de Mend. Pe. Greg. Valasc. B. Gerg. Valasc. tex. in l. vnica, Cod. de Mendicant. valid. lib. 11. de qua Petr. Greg. proximè ex n. 12. D. Valasc. de iure emph. q. 37. n. 1. Quæ tamen hodie non est in vsu, quia ex Conc. Beati Gregor. pauperes omnes admittendi sunt, ne boni repellantur, vt ait Doct. Valasc. proximè.

22

Alij dicuntur *Orphanotrophi*, quibus cura demandata illorum locorū, vbi aluntur orphani. i. parentibus orphani, suntque ipsorum pupillorum quasi tutores, & adolescentium quasi curatores; indeque locus ipse *Orphanotrophium*, etiam appellatur. l. *Orphanotrophos*, Cod. de Episc. & cler. d. Auth. de Ecclesiast. tit. §. fin. collat. 9. cum supra gloss. d. verb. *Xenones*, Petr. Greg. n. 3. proximè.

L. Orpha. Auth. de Eccl. tit. Pe. Greg. Glossa.

23

Alij *Brephotrophi*, qui præponuntur domibus publicis, vbi infantes pauperes nuper nati, & expositi educantur, locaque ipsa *Brephotrophia*, similiter nuncupantur d. l. *Illud*. 19. C. de sacros. d. l. *Sancimus*, cum supra adductis, gloss. supra. Petr. Gregor. à nu. 4. cum sequentibus, vbi etiam de varijs pænis statutis aduersus exponentes infantes, de quibus in tit. Cod. de infantibus expositis & in Decretalib. & vtroque Doctores.

L. Illud. L. Sanc. Pe. Greg. Tit. Cod. de Inf exp

24

Alij *Nesocomij*, qui videlicet curam habent locorum, vbi ægroti, & infirmi curantur, quæ loca appellantur etiam *Nesocomia*, vt in d. l. *Sancimus*, §. *Sed Deo nobis*, cum alijs supra Cod. de Episcop. & cler. istorumque locorum in iuri, qui ad ægrotantium curam adhibentur, *Parabolani* in iure vocabantur. l. *Parabolani*, Cod. de Episc. & cler. tradunt Duar. lib. 1. de sacris Eccl. minist. cap. 19. Petr. Greg. à n. 15. d. loco, & primam omnium §.

L. Sancimus.

L. Parab. Duar. Pe. Greg.

Fabiolam Nosocomium instituisse; in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus, atque inedia miserorum membra fouerit; asserit D. Hieronymus epist. 30. cuius meminit Baron. Annal. tom. 5. anno Christi. 400. §. *Prima omnium*.

S. Hiero. Baron.

25

Inter hæc *Nesocomia* quædam separatim, & specialiter deputantur in gratiam illorum, qui morbo lepræ percussi sunt; vt seorsim habitantes contagionis periculum euitetur; & appellantur *Leprosaria*; & de illis meminit tex. in d. Clem. *Quia contingit*, in princ. de Relig. dom. d. Clem. 2. de præben. cap. 2. de Eccles. ædific. cum alijs, quod etiam apud nos seruari videmus in illis, quæ vocantur *Hospitalia* *dos Lazaros*. Quædam in curationem insanorum, & stultorum, quorū etiam custodiam publicam fuisse, & ad officium Præsidis prouinciæ spectasse, quando non poterant per necessarios suos, & propinquos contineri probat tex. in l. *Congruit*, vers. *Furiosis*, ff. de offic. præsid. Quædam ad morbos Epidemica, vt pestis. Quædam ad morbos immedicabiles, vulgo *dos incurauis*, vt refert Petr. Greg. supra n. 25.

Cle. quia cõt.

Cle. 2. de præben.

C. 2. de Eccl. adif.

L. Cõgr.

Pe. Greg.

26

Alij *Gerocomij*, seu *Gerontocomij* dicuntur, de quibus loquitur tex. in d. l. *Sancimus*. 46. §. *Sed Deo nobis*, C. de Episc. & cler. d. l. *Illud*. 19. Cod. de sacros. qui scilicet regebant loca ad solos senes pauperes alendos destinata; quæ similiter *Gerontocomia*, dicebatur; eaq; inter *Nesocomia* numerari nō immerito ait Petr. Greg. supra n. 26. & 27. Quædoquidē ipsa sola senectus morbus est. Et Pelagium Papā 2. anno Christi 590. domum suā *Gerontocomium* pauperū senum fecisse; refert

L. Sancimus.

L. Illud.

Pe. Greg.

Pelagius Papa.

Baron. refert ex Anast. Baron. Annal. tom. 7. sub eodem anno in princip. §. *His igitur.*

27. Alij denique *Eleemosinarij* vocantur eo quod deputati sint eleemosinis faciendis locaque & redditus ad id deputati *eleemosinaria* nuncupantur tex. in d. Clem. 2. de Præbend. & in d. Clem. *Quia contingit* de religiof. dom. Petr. Greg. supra n. 31. aduertit gloss. eodem verb. in d. Clem. 2. de præbend. hoc etiam nomine alicubi hospitalia vocari, & alibi domus Dei, vt in cap. *Dilectis*. 55. de appellat.

Clem. 2. de præb. Cle. Quia contingit Pe. Greg. Gloss. Ca. Dilectis.

In hoc autē Regno Lusitanię omnia loca prædicta nominibus communibus vocantur *Hospitales*, *Albergarias*, *Gafarias*; eorumque Rectores, Prouedores. Et ita vocat Ord. lib. 1. tit. 62.

Ord. Regia. Valasc. Cabedo.

§. 39. 40. 42. 43. 66. & sæpè ibidem aduertit Doctor Valasc. 1. to. cons. 105. in titulo, vbi de illis latissimè Cabedo de patronat. Regiæ coronæ, cap. 39. Inter quæ (ne hoc silentio prætereamus) re, & fama celebre est toto orbe Hospitalē magnum omnium sanctorum Ciuitatis Vlixbonensis institutum ad omnes morbos curandos (excepta peste, & lepra, quæ separatā habet leprosariam nuncupatam Sancti Lazari) & ad infantes expositos educandos; de quo Hospitali loquitur Ord. lib. 1. tit. 16. & constructum, ac dotatum fuit per Regem Ioānem huius nominis secundum, & postea per Regem Emmanuelem cæteris alijs hospitalibus extinctis, ex eorum reddituum summoperè auctum. Et tandem per Ioannem illius nominis tertium maximis beneficijs amplificatum, vt refert Cabedo. d. cap. 39. n. 1. 2. & 3. Estque de immediata protectione Regis Cab. d. n. 3. D. Valasc.

Ord. Reg.

Cabedo. Valasc.

n. 62. supra; prout similiter olim tempore Iustiniani Imperatoris in vrbe Regia Constantinopolitana celeberrimum etiam fuit hospitale quod vocabatur Sanctę Marię Sanso, seu potius (vt Contius legendum putat) sanctę memorię Sansonis; cuius meminit idem Iustinianus Nouella 131. in d. Auth. de Ecclesiast. tit. §. fin. vers. *Seruari autem iubemus*. collat. 9. Quod primum à religioso quodam viro, cui Sanson nomen extructum, & deinde incendio exustum, postea ab ipso Iustiniano Imperatore magnificentius fuit instauratum, & structura splendidiore, & mansionum multitudine, vt narrant Procop. de ædific. Iustin. Imperat. lib. Baron. Annal. tom. 7. anno Christi. 541. §. *Sed hic obiter*. Fuisseq; etiam omnium primarium, & sub eo alia constituta esse, prout nunc sunt alia sub dicto Hospitali omnium Sanctorum satis ostendunt verba text. in d. §. fin. ibi, *Seruari autem iubemus venerabili Orphano trophio huius Regiæ vrbis, & Xenodochio, quod vocatur Sancta Maria Sanso, & sub eius gubernatione constitutis oratorijs, & xenonibus, aut venerabilibus domibus*, vt benè ex illis notat Baron. proximè.

Iustinianus.

B

Procop. Barro.

C

Baron.

Sed meritò dubitari potest, an prædicta omnia officia, quæ ratione administrationis rerum Ecclesiasticarum temporalium, seu piarum actionum inter Ecclesiastica numerauimus, verè sint officia Ecclesiastica, & aliquo modo, seu respectu ad Hierarchiam Ecclesiasticam reducantur. Nam imprimis Ecclesiastica non esse ratione beneficij ex eo constat, quia nulla ex dictis duabus Oeconomis, quarum meminit ius commune citatis locis, fuit vnquam beneficiū Ecclesiasticū,

28

vt

vt patet; neque inter beneficia Ecclesiastica à Doctoribus numerantur, cum dispensationem tantum habeant, seu custodiam rerum, & fructuum Ecclesiae, vt supra explicauimus. Neque etiam altera, quæ de consuetudine huius Regni frequentatur in beneficijs simplicibus, de qua etiam supra diximus, beneficium est, cum non habeat titulum aliquem perpetuum de se recipiendi redditus Ecclesiasticos cum officio spirituali, sed tantum operam vicariam in beneficijs exhibeat, vt supra. Neque similiter vicedominus beneficium Ecclesiasticum obtinere dicitur, cum solum præponatur administrationi domus, & rerum Episcopi, vt supra. Multoq; minus syndicus, Actor, Procurator, & Defensor Ecclesiae, vtpote qui negotijs temporalibus, & litibus tantum incumbunt. Cellerarius etiam de se, & sui natura beneficiarius non est, quia solum præficitur dispensationi, penus, tritici, vini, olei, & similibus; licet alias ratione personæ beneficiarius dici, & esse possit, quando videlicet, vnus ex Canonicis, seu beneficiarijs huic muneris præficitur; in quo sensu procedit tex. dum mentionem facit Cellerarij Canonici in d. cap. *Dilecto*. 25. de præbend. Operarius quoque, seu ædituus sacer nequaquam venit nomine beneficiarij; neque operaria beneficiū Ecclesiasticum censetur; tum quia est munus annuum, seu aliàs temporale, beneficium verò perpetuum; tū quia laico committi potest, in quem beneficium non cadit; vt in specie resolunt Cardin. in Clement. 2. de iudic. Rebuf. de nomin. q. 15. nu. 18. & 19. Petr. Greg. syntag. p. 2. d. lib. 15. c. 31. n. 6. Nec minus obituarij beneficiarij

sunt ex traditis per eundem Petr. Gregor. proximè cap. 30. n. 2. Nec tandè Rectores hospitalium, & omnium aliarum piarum administrationum, seu domuum, de quibus supra diximus, beneficiarij censentur, aut dici valent; quanuis alias hospitales Ecclesias, & Capellas habeant; cum etiam laici ad illorum administrationem deputentur d. Clem. *Quia contingit*, §. *Vt autem*, de relig. domib. & sint ad instar tutorum, vel curatorum d. §. *Vt autem*, l. *Orphanotrophos*, C. de Episcop. & cler. Vnde hospitalia non venire in mandatis de prouidendo super beneficijs probat tex. in Clem. 2. de præbend. Et proindè beneficia Ecclesiastica non esse resoluunt communiter Doctores Abb. in cap. *De xenodochijs*, n. 4. de relig. dom. Rebuf. de nominat. d. q. 15. n. 12. & 15. Selua de benefic. 1. p. q. 3. nu. 9. Quintagduenh. Ecclesiasticon. lib. 1. cap. 3. nu. 13. Hercul. Marefcot. variar. lib. 2. cap. 3. à n. 12. Petrus Gregor. syntagm. d. 2. p. lib. 15. cap. 28. n. 39. & 40. Anton. Fabric. in praxi, ac theorica rei benefic. tit. de Xenodoch. & alijs locis pijs à princ. Garc. & plures ab eo relati de benefic. 1. p. c. 3. n. 1. Gosal. in reg. de mēfib. glo. 5. §. 4. à n. 7. Asor. Mor. tom. 2. lib. 3. c. 3. q. 5. Card. Tusc. Pract. iur. conclus. tom. 4. lit. H. cōclus. 166. n. 8. & per totā benè aduertētes hoc non procedere, quando in illorū fundatione aliter sit constitutū, vt scilicet dentur in titulū, vel per electionē sit de Rectore locis huiusmodi prouidēdū; tūc enim beneficia Ecclesiastica cēsenda erūt, & Rectores eorū officium Ecclesiasticū habere dicētur ratione beneficij, iuxta tex. in d. Clem. *Quia cōtingit*, §. *Vt autem* vers. *Nisi*, prout rectè declarant

Cle. Quia contingit.

L. Orphanotroph.

Cle. 2. de præbend.

C. de Xenodoch.

Rebuf.

Selua.

Marefcot.

Pe. Greg.

Fabric.

Garc.

Gosal.

Asor.

Tusc.

Cle. Quia contingit.

Rebuf.

Ca. Dilecto.

Cardin. Rebuf. Pe. Greg.

Rebuf. Rebuf. & Petr. Greg. à n. 4. Gonsal. n. 14. & 15. Fabric. à num. 16. Marefcot. n. 18. proximè, cum quibus videbis.

Marefc. Deindè neque alio respectu ad-
29 ministratiõnis, scilicèt rerum Eccle-
siasticarum, seu piarum actiõnũ præ-
dicta officia inter Ecclesiastica nume-
rari posse ex eo ostenditur, quia ver-
santur solummodò circa res, & bona
temporalia Ecclesiarum, vt patet,
ideoq; laicis committi posse tradunt
Doctores in d. cap. 2. de iudic. vt per
Abb. ibi n. 9. & 10. vbi n. 11. in fin. af-
ferit, hanc esse consuetudinem totius
ferè orbis, quod ad prædicta officia
laici deputantur; notantq; etiam Re-
buf. loquens de hospitalarijs, & ope-
rarijs denominat. d. q. 15. n. 12. & 19.
Garc. agens de oeconomis, & opera-
rijs de benef. 5. p. cap. 1. n. 598. Petr.
Grego. syntagm. d. 2. p. lib. cap. 40. n.
2. tractans de oeconomis: & genera-
liter de omnibus ferè Duar. lib. 1. de
sacris Eccles. minist. cap. 19. Vnde ex
hac ratione ius patronatus competēs
operarijs, seu oeconomis Ecclesiæ,
non esse Ecclesiasticũ, sed laicale te-
net Felin. in tract. Quando literæ A-
postolicæ lim. 4. extendens etiam ad
hospitalarios, Selua de benefic. 3. p.
q. 11. n. 23. Cou. Pract. cap. 36. n. 8. re-
fert Garc. proximè. Et eodem funda-
mento absque vitio simoniæ officia
hæc vendi posse, & pretio comparari
dicit expresse glossa verb. *Et iudicem*,
ad fin. in cap. *Saluator*. 1. q. 3. Et vide-
tur esse communis sententia ex Pre-
pos. ibidem n. 7. quam probat Archi-
dia. in cap. 1. eadem q. Innoc. & alij
in cap. 1. & 2. ne prælati vices suas,
Paul. Borgas in tract. de irregularita-
te, tit. de simonia n. 68. D. Anton. sibi
contrarius 3. p. tit. 11. c. 2. §. vlt. Syl-
uest. verb. *simonia*. q. 9. Sot. de iustit. Soto.
lib. 3. q. 6. art. 4. col. 5. Et quando con-
sueuerūt dari laicis sequitur Vgolin.
de simon. tab. 1. c. 48. §. 7. n. 3. Quod
tamen nullo modo procedere posset,
si Ecclesiastica censerentur, iuxta de-
cisionem tex. in cap. *Consulere*. 38. ibi
vel aliam Ecclesiasticarum rerum ad-
ministratiõem, cap. *Ad nostram*. 21. ibi
pro ministerio Ecclesiastico exercẽ-
do de simonia, c. *Si quis Episcop.* 1. q. 1. *Episcop.*
Sed his non obstantibus resoluen-
dum est omnia prædicta officia, pau-
cis exceptis verè Ecclesiastica esse ra-
tione administratiõnis rerum Eccle-
siasticarum, & piarum actiõnum, quã
exercent: & proindè ad Hierarchiam
Ecclesiasticam suo modo spectare.
Quæ omnia percurrendo facilius ve-
ritas hæc demonstrari potest. Impri-
primis enim oeconomi officia habēt
Ecclesiastica ratione administratiõ-
nis rerum Ecclesiasticarum, probat
Vrbān. in dict. cap. *Saluator*. 1. q. 3. &
Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. *Vrbān.*
Itē vicedomini, seu maiores domus,
vt expressit disponit tex. in cap. *Volu-*
mus. 89. dist. Item Syndici, Aduocati,
Procuratores, Actores, Castaldi, & de-
fensores Ecclesiarũ, qui in iudicio no-
mine illarũ suũ exercent munus, siue
in agendo, siue in tuendo, vt constat
ex d. tit. & cap. vnico de syndico, & ex
tit. de postulãdo, & de procuratorib. *Titul. de*
probat idē Vrbān. in d. cap. *Saluator*, *Titul. de*
1. q. 3. Item Cellerarij, seu Cellarij, de *procura-*
quibus cap. *Dilecto*. 25. de præbend. *toribus.*
Gloss. in Clem. 1. §. *Ad hæc*, vers. *offi-*
cijs. de stat. monach. Item operarij, de
quibus cap. 2. de iudic. cap. 1. & vlt. de
pecul. cleric. cap. *Nemo*, de consecrat. *C. Nemo*
dist. 1. glo. in cap. *Presenti*. de offic. or- *Glos.*
din. lib. 6. Ex quibus tamen omnibus
solum

Abb.

Rebuf.

Garc.

Petr. Greg.

Duar.

Felin.

Selua.

Cour.

Garc.

Glossa.

C. Salua-
tor.

Archid.

Innoc.

Borgas.

D. Anto.

Syluest.

C. Consu-
lere.

C. Ad no-
stram.

C. Siquis
Episcop.

30

Vrbān.
Trident.

Cap. Vo-
luntas.

Titul. de
syndico.

Tit. de p-
stulando.

Titul. de
procura-

toribus.

C. Nemo
Glos.

solum Obituarij excipiuntur, tanquā nullum administrationis munus exercentes; prout in reliquis si nō proprio nomine, nomine tamen Ecclesiæ reperitur, quo pacto laici officia hæc exercere dicuntur.

31

Tandem Rectores hospitalium, & aliorum piorum locorum, de quibus iam supra egimus n. 20. 21. 22. cum sequentibus ratione administrationis piarum actionū inter gradus Ecclesiasticos numerantur; & ita suo modo, seu respectu ad Hierarchiam Ecclesiasticam reducuntur. Et pro cognitione terminorū scire oportet, quod hospitalia vel esse possunt loca religiosa, vel beneficia Ecclesiastica; vel tandem loca pia. Et primò distinguendum est, an praelati auctoritate, vel sine ea constructa sint? Nam si praelati auctoritate fuerint constructa, certū est, vt supra diximus, loca esse religiosa, non ita absque ea, vt planè probat text. in cap. *Ad hæc*, de relig. do-

C. *Ad hæc*.
Ord. Reg.

Valasc.

Gama.

Cabedo.

Marta.

Afor.

Soar.

Rictius.

mib. expressit Ord. nostra lib. 1. tit. 62. §. 39. post Host. Ioan. Andr. Imol. & alios antiquiores receptū testatur Valasc. cōs. 105. à n. 6. & ante eū Gam. decis. ult. n. 6. & post vtrumq; Cabed. 1. p. decis. 204. Marta de iurisdictione 4. p. cent. 2. casu 113. à n. 23. Afor. d. c. 3. q. 2. P. Soar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 9. n. 3. & Aluisius Rictius decis. 3. p. collect. 648. ad plures effectus latè discurrens. Ad secundū membrū vtrum hospitalia verè sint beneficia Ecclesiastica recurrere oportet ad nostrā principalē resolutionē, & prædicti beneficij Ecclesiastici definitionē. Nā si hospitale fundatū fuerit priuata auctoritate, planū est, nō esse Ecclesiastica beneficia, nec subindè in materia pænali, & fauorabili venire appella-

tionē beneficij. Quidquid contrariū intendant deducere Doctores ex glo. verb. *Beneficium*, in Clem. 2. de iudic. imò clarè voluit glo. magistr. huiusmodi hospitalia beneficia nō esse, quatenus cōcludit, ideò cōprehendi in generali dispositione illius clausulæ, nō quia materia erat fauorabilis, vt Doctores communiter ex ea deducunt. Sed quia tex. vtitur non solūm particula beneficij, sed etiam addidit, officijsque hospitalibus etiam conuenit.

Clossa.
Clem. 2.

Ultimò tandem, an hospitalia sint loca pia plures ex præcitatis ad eandē recurrūt distinctionē, quòd pia sunt, quando praelati auctoritate non ita, quando absque ea sunt constructa, vt patet ex infinitis, quos refert Gabr. cōmun. tit. de pia causa cōcl. 2. à princip. resoluunt Marta, Baptista, Costa, Fabric. dictis locis, atque etiam resol. in praxi Episcop. num. 1. Alij verò contendunt, indistinctè pia loca esse censenda siue praelati auctoritate, siue absque ea sint constructa, quod probabilius existimo; quia vt pia censeantur, sufficit, quod instituta sint ad pia opera exercenda, vt latè comprobatur Tiraq. in tract. de pia causa in præfat. & de hospitalibus agens à n. 4. cum sequentibus. Et post eum receptum fatetur P. Soar. d. cap. 27. n. 11. notarunt etiam Card. Tusc. d. lit. H. concl. 163. Menoch. libr. 4. præsumpt. 115. nu. 4. Stephan. Grac. discept. forens. tom. 1. cap. 34. nu. 1. & post alios Valasc. d. consult. 205. n. 2.

32

Gabr.
Marta.
Baptista.
Costa.
Fabric.

Tiraq.

Soar.

Tusc.

Menoch.

Grac.

Valasc.

Vnde infertur primò Rectores hospitalium aliquando ratione beneficij; aliquando respectu administrationis piarū actionū ad Hierarchiā pertinere: ratione beneficij, quādo hospitalia praelati auctoritate constructa sunt, &

33

Rectoribus in perpetuum, vel ad eorum vitam in titulum conferuntur, A
vt satis expresse tex. in d. Clement.

Cle. Quia contingit. Quia contingit, §. Vt autem, ibi, Nisi in illorum fundatione secus constitutum fuerit, seu per electionem sit de rectore locis huiusmodi providendum. Cuius tex. auctoritate ita se explicant, & prædictam Regulam negatiuam in effectu limitant ijdem Doctores communiter, vt ex Felino, Rebuf. & alijs resoluunt

*Felin.
Rebuf.
Garc.
Gonsal.
Maresc.*

Garc. à n. 4. Gonsal. n. 14. Marescot. à n. 18. supracitatis locis. Et in hunc sensum rectè illustrissimi Cardinales hospitalia, quæ non fuerint data in titulum ad contributionem seminarij non teneri refert Cabedo. d. 1. p. decis. 204. & habetur in declarationibus, quæ vulgò circumferuntur.

Cabedo.

Infertur secundo, quod si hospitalia fuerint loca religiosa, vel pia, Rectores eorūdem ratione administrationis piarum actionum gradum in Ecclesiastica Hierarchia aliquo modo constituere.

33

Ex quibus sic breuiter expensis, & alijs supra positis, non obstant fundamenta, quibus probari intendebatur hæc omnia supradicta officia ad Hierarchiam Ecclesiasticam nullo modo spectare. Nam ad primum fundamentum dicendum est, quod licet ratione beneficij ad Hierarchicum ordinem reduci non possint; interim tamē respectu administrationis rerum Ecclesiasticarum temporalium, & piarum actionum aliquo modo pertinent, vt ex natura cuiuslibet muneris desumi potest. Nec obstat, quod hæc omnia D
officia laicis committi possint, vt Ecclesiastica non censeantur; quia licet officia Ecclesiastica non debeant Laicis de iure committi, iuxta cap. *Indica-*

*C. Indica-
tum est.*

tum est cū alijs 89. dist. si interdum tamen committantur Laicis siue per iniuriam, siue per occasionem necessariam, aut consuetudinem toleratam, aut priuilegium non mutant naturam officij, nec hoc non impedit, quod habeant administrationem rerum Ecclesiasticarum temporalium ministerialiter, vt laicus etiam in spiritualibus procurator constituitur ad vnū, vel etiam plura negotia siue in iudicio, cap. 2. de procurator. in 6. vbi Gloss. cap. 2. de Syndico. Vel extra iudicium velut ad resignandum, acceptandum, seu permutandum beneficium Gloss. verbo, *Procuratorem*, in Clement. 1. de renuntiat. vbi Doctores Ioann. Andr. Abb. & communis in capite *Accedens*, de præbend. post alios Tiraquel. de iure mar. glos. 5. num. 178. Felin. in cap. *Apostolica*, num. 5. & 6. de except. quæ administratio sufficiens est, vt ad Ecclesiasticam Hierarchiam pertineat.

*Cap. 2. de
procurat
Gloss.*

*Cap. 2. d.
Syndico.
Glos.*

C. Accedens.

*C. Apost.
Tiraq.
Felin.*

34

Secundum fundamentum Doctorū, qui probant, absque vitio simoniæ officia hæc vendi posse, & pretio comparari, illam petit quæstionem, an omnis venditio Ecclesiæ rei etiam temporalis sit simoniaca? prout affirmatiuè videtur decidere tex. in cap. *Saluator* 1. q. 3. In qua tamē supracitati DD. acriter affirmant hoc non esse contra veram naturam simoniæ. Quare ad illius text. intellectum aduertunt, quod in crimine simoniæ duo reperiuntur; alterum auaritia, & cupiditas, quæ est radix huius criminis; alterum spiritualium æstimatio, & vtrumque simoniacū à *Simone* rectè dicitur, quia vtrumque Simon habet, non tamen vtrumque simoniæ crimen, prout suam habet distinctam speciem ab alijs

*C. Saluator.
tor.*

lijs

Urbanus
Papa.

lijs dici potest, nisi spiritualia supernaturalia pretio aestimetur. Hoc supposito dicunt, Urbanum in hoc tex. simoniacam appellare omnem venditionem cuiusque rei Ecclesiae temporalis si propter proprium vendentis commodum facta sit. Vel quia spiritualia pretio aestimentur, scilicet quia execrabilis auaritia est, & pecuniae cupiditas circa res Ecclesiae commissa. Nec hic est vera natura simoniae, sed detestabilis eius radix, quae Simonem in illud crimine intulit. Colligunt ex hoc tex. ibi, *Sed ambitionem questus, & auaritiam*. Et paulo post, *sola pecuniae causa, auaritia, videlicet, & illa verba, Ad propria luera* indicare videntur, non committi culpam aliquam, si res Ecclesiae ad ipsius commodum, ut debent, distrahantur; sed tum demum cum in proprium praelati lucrum id fit, quia tunc auaritia est. Ad auctoritates vero in contrarium adductae respondent, quod latius a Pontifice accipiuntur in detestationem criminis, & hoc videtur sentire Rebuf. in tract. de rebus Ecclesiae non alien. n. 114. & supra citati Doctores.

Rebuf.

35

C. Consulere.
C. Si quis
Episcop.
C. Saluator.

Verius tamen dicendum est, simoniam committi, & probatur per tex. in cap. *Consulere*, ibi, *Vicedominatum*, de simonia, cap. *Si quis Episcopus*, ibi, *Densorem*. 1. q. 1. iuncto cap. *Saluator*, vers. *Nomine*. 1. q. 3. quibus contrariae sententiae sequaces non satisfaciunt. Sed pro vera huius rei intelligentia sciendum est dupliciter posse considerari simoniam. Vel a lege diuina prohibita, vel lege canonica incursum, & licet officia haec de se, & ex natura sua non sint materia simoniae, ut docent communiter Theologi, & ratione ostenditur, quia haec munia, vel officia non habent

A in se aliquid spiritualitatis neque ordinantur ad spirituales actiones, sed tantum ad temporales, ut sunt custodire, vel administrare res Ecclesiae, & similia, ut in singulorum numero iam supra demonstrauimus. Non est tamen dubium, quin sint valde coniuncta spiritualibus; nam per illa res sacrae si non immediatè, propinque tamen contrectantur, vel Ecclesiastica bona per illa administrantur; & licet non habeant de se spiritualitatem, vel connexionem sufficientem natura sua ad materiam simoniae; potest tamen per legem positivam impleri facièdo annexationem, ut probat Soar. de Relig. tom. 1. de simon. lib. 4. cap. 29. n. 3. eum sequentibus; quicquid aliter dicat Selua de benef. 2. p. q. 11. n. 14. Gam. decis. ult. n. 6. & alij supra relati. Et probatur primò ex æquiparatione inter materiam, & contractum, nam lex Ecclesiastica potest facere per prohibitionem, ut pactum sit simoniacum, quod aliàs non erat. Secundo sic probat Victor. quia consecratio Calicis non facit materiam inuendibile omnino, & tamè si lex Ecclesiae prohiberet intuitu religionis, ne vendatur calix etià quoad materiale vas, esset simonia illud vendere; ergo similiter potest hoc facere in his officijs; quod alijs rationibus confirmat P. Soar. d. c. 29. per tot. Et haec prohibitio extat in Conc. Calced. relato in c. *Si quis Episcopus*. 1. q. 1. Refertur etià in c. *Saluator* 1. q. 3. & fit mentio in cap. *Consulere*, de simon. quibus iuris capitibus probatur, in venditione horum officiorum simoniam committi lege canonica prohibita ex reg. cap. *Saluator*, cum sequentibus quatenus officia omnia Ecclesiastica vendi prohibent sub ratione simoniae concludit idem P. Soar. d. tom. 1. de

B

C

D

Soar.

Selua.

Gama.

Victor.

Soar.

Conc. Calc.

C. Si quis.

C. Saluat.

C. Consulere.

Soar.

G 3

Relig.

Relig. tract. 3. de simon. lib. 4. cap. 27. & cap. 29. cum sequentibus.

Ex quibus omnibus supradictis iam apparet, in Ecclesiastica Hierarchia plures, diuersosque reperiri gradus ratione consecrationis; iurisdictionis, beneficij, & administrationis distinctos, quibus ad exemplum Triumphantis nostra Ecclesia militans componitur, & ordinata conspicitur.

Quaestio III. prooemialis.

Vtrum octo ordines supra numerati Episcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector, Ostiarius proprie tantum sint ordines Ecclesiastici?

Quanuis in duabus precedentibus quaestionibus sola cum impijs haereticis, nulla vero cum Orthodoxis, & Catholicis Doctoribus contentio reperitur; in duobus tamen, quod attinet ad propositum inter ipsos etiam Catholicos duae arduae vertuntur quaestiones. Prima de qua in presenti sermo erit, illa est, vtrum octo illi ordines a nobis supra enumerati nempe Episcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector, Ostiarius proprie tantum sint ordines Ecclesiastici; ita vt nec plures, nec pauciores debeant numerari; & si non omnes, qui nam saltem ex illis.

Secunda vero, de qua in sequenti dicemus, petit, vtrum omnes illi vere sint sacramentum? Quae quidem dubia opportunum duxi hic explicare antequam ad peculiarem singulorum graduum accedamus explicationem;

vt sic illorum veritate supposita clarius procedatur, neque postea necessarium sit, ea singulo quoque ordine repetere.

§. I.

Vtrum octo ordines supra numerati sint vere ordines Ecclesiastici?

SUMMARIUM.

- 1 *Opinio illorum, qui dicunt, ab initio nascentis Ecclesiae fuisse tantum septem ordines Ecclesiasticos, refertur.*
- 2 *Iuris professorum sententia affirmatiuum, ordines esse nouem, expenditur.*
- 3 *Octo esse ordines connumerando primam tonsuram aliqui affirmant.*
- 4 *Opinio, quae asserit, octo esse ordines detrahendo primam tonsuram, & connumerando Episcopatum probabilior videtur.*
- 5 *Quare in Ecclesia septem tantum ordines communiter nuncupentur?*
- 6 *An Episcopatus vere sit ordo Ecclesiasticus?*
- 7 *Primam tonsuram non esse ordinem Ecclesiasticum, resoluitur.*
- 8 *Supradictae sententiae consulantur.*

In hac ergo quaestione, quae petit, An octo ordines supra numerati sint tantum ordines Ecclesiastici? alij dicunt, ab initio nascentis Ecclesiae fuisse tantum septem ordines Ecclesiasticos, scilicet Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, Acolytorum, Exorcistarum, Lectorum, Ostiario-
rum. Et hanc conclusionem deducunt ex Conc. Trid. sess. 23. cap. 2. dum solum septem ordines enumerat; ita sentit D. Thom. in supplementis q. 32. art. 2. quem communiter sequuntur

Docto-

Trident.

D. Tho.

Doctores tam antiqui, quam recentiores, ut constat ex Vasq. 3. tom. in 3. p. disp. 236. Ochoga. tract. vnico de sacram. ord. q. 2. n. 4. & 5. Capreol. in 4. dist. 24. q. vnica artic. 1. Estius in 4. dist. 24. §. 1. Afor. instit. Mor. 2. p. lib. 3. cap. 27. q. 3. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 48. n. 11. Bellarm. tom. 2. de effectu sacram. cap. 25.

Alij verò, ut sunt nostri Canoniste communiter ex Alex. in nostro cap. Cleros. n. 4. ex Nauar. in Man. cap. 22. n. 18. cum glos. ibidem, verb. *Psalmistam*. Gloss. magna ad verbum, *Episcopus*, in proœmio Sexti, Abb. post Hostiens. in cap. *Cum contingat*, de ætat. & qual. idem Host in Rubr. de ordinandis ab Episcopo, §. 1. cum quibus etiã ex Theologis assentiunt Maior in 4. dist. 24. q. 1. Echius in Homil. de ordinibus; multique alij relati ab Henric. d. lib. 10. cap. 2. §. 3. lit. V. opinantur, ordines esse nouem addentes scilicet illis octo à nobis numeratis primam tonsuram, seu psalmistatum.

Quam sententiam multis confirmant fundamentis. Primò ex text. in præfenti vers. *Quorum gradus*, & in cap. *Perlectis*, vers. *Hi sunt ordines*. 25. dist. vbi totidem ab Isidoro numerantur. Deindè exemplo cœlestis Hierarchie ad cuius similitudinem nostra Ecclesia dicitur esse formata, ut suprã probauimus, quæ nouem etiam ordinibus constat, & vltra supra dicta probant tex. in cap. vlt. vers. *nouem*, de penit. dist. 2. Quod fundamentum optimum reputat Michael de Aninion in tract. de vnitae ouilis, & pastor. cap. 6. nu. 7. Tandemque quoad primam tonsuram putant expressè probari ex

text. in cap. *Cum contingat*, de ætat. & qual. ibi, *Per primam tonsuram*, iuxta

formam Ecclesiæ datam à talibus clericalis ordo confertur.

Alij denique octo tantum esse ordines existimant detrahentes Episcopatum (quem cum omnibus ferè Theologis asserunt, non constituere diuersum ordinem à presbytero) cõnumerando primam tonsuram, sicut notauit Syluest. in Summ. eodem tit. q. 1. ex scholasticis eandem sententiã cum Angel. in Sum. verb. *Ordo*. 1. n. 1. sequuntur Maior in 4. dist. 24. q. 1. col. 2. & Ioan. Echius in Hom. de ordinibus.

Inter quas opiniones alij tandem mediam sestantur viam asserentes, ordines esse octo cõnumerando scilicet Episcopatum, & detrahendo primam tonsuram; quam sententiã tanquam propriam tenuit Nauar. in Manual. d. cap. 22. n. 18. & ante eum Durand. in 4. dist. 24. q. 6. & ibi Palud. q. 7. Viuald. tom. 2. de sacram. cap. 116. Gofred. Pictou. 4. p. summæ cap. 1. & ibidem Altisid. cap. 1. de sacram. ord. Petr. Soto de instit. sacerdot. lect. 1. & 4. de sacram. ord. Aial. detra. 3. p. Valent d. q. 1. puncto 2. multique alij, quos refert, & sequitur Viuald. vbi proximè n. 10. Cui quidem opinioni inter omnes alias tanquam veriori liberiùs assentior; pro ea enim, imprimis quoad Episcopatum (in quo solum est dubitatio) stat expressus Cõcilij Trid. locus, cui se non scire, nec bona fide posse respondere asserit Nauar. vbi suprã, sess. 23. cap. 4. de sacram. ordin. ibi. Proindè sacrosancta Synodus declarat, *Præter ceteros Ecclesiasticos gradus Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, &c.* Quæ quidem verba aded sunt

clara

G 4

clara, vt nulla indigeant inductione. Suffragatur etiam expressè text. in cap. *Illud.* 77. dist. vbi tex. præscribens regulam, ne quis, nisi per gradus sigillatim ordinetur inter Ecclesiasticos ordines manifestè numerat episcopatum in illis verbis ibi, *Vt omnes ad Ecclesiasticos ordines sic ascendant in Ecclesia, qui ordinari merentur. i. si quis Episcopus esse meretur, sit primum ostiarius, &c.* Cuius tex. meminit Baron. tom. 2. anno 296. §. *Quod verò,* text. etiam in cap. 1. 32. dist. ibi, *Quod si in hoc ordine qui quartus extat à capite, &c.* Vbi glos. verbo *à capite,* infert, Episcopatum esse ordinem. Quod probatur ratione, quia ordo nihil aliud est, quàm quidam potestatis gradus in spiritualibus dispensandis; sed Episcopi possunt dispensare aliqua sacramenta, sicut confirmationem, & ordinem; ergo Episcopatus est ordo.

5 Neque Theologorum fundamenta, qui secundum communem totius Ecclesiæ vsum septem tantum ordines communiter enumerant, vt probat tex. in cap. *à Subdiacono.* 93. dist. propter quem vsum speciem esse temeritatis contrarium asserere dicit Sot. in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. ad fin. obstant contra suprapositam resolutionem. Primum enim ex communi vsu tollitur, si dicamus, quod cum communiter septem tantum ordines numerantur, non omnes omnino ordines tunc numerari; sed illos dūtaxat, qui communiter eidem homini conferri; & ab eodem suscipi solent in Ecclesia, postquam conferri cœperunt; quasi id videlicet pertineat ad quandam ordinariam perfectionem. Episcopatus autem cum non ordinariè multis, sed paucis cum singulari

quodam delectu; & vocatione conferatur; ideò ita communiter inter ordines numerari non solet.

A Ad secundum fundamentum Theologorum, dum asserunt, Episcopatum non esse verè ordinem; quia cum ordo Ecclesiasticus necessariò postulet, vt per illum aliqua tradatur potestas in ordine ad sacratissimam Eucharistiam, vt patet ex definitione ordinis, de qua suprà diximus in secūdo supposito; & cum tamen per Episcopatum; in quo licet spiritualis potestas suscipiatur, non tamen in ordine ad Eucharistiam, sed potius in ordine ad Ecclesiam, cum actiones, ad quas Episcopus deputatur super sacerdotem, nempe consecrare, benedicere, & alia similia, de quibus in cap. *Perle-* C. *Perle-*
ctis, vers. *Ad Episcopum.* 25. dist. non ad sacrificium Eucharistiæ, sed ad Ecclesiam ordinentur, dicendum est: quod Episcopi multo magis, quàm alij, quidam ministri deputantur in ordine ad sacerdotium, & celebrationem Eucharistiæ; ipsi enim & sacerdotiū conferunt, & altaria, atque templa ad vsum ipsius consecrant, multaq; alia faciunt, quæ quidem magis ad vsum Eucharistiæ referuntur, quam quædã alia ministeria præsertim ordinum minorum, vt in Theologis etiamprehenditur; & in proposito prædicta argumenta ita soluit Valent. d. pūcto 2. vbi proximè: quanuis autem illa secundum modo dicta pro Episcopatu nihil vrgeant.

D Prima tamen tonsura, quam ordinum numero cum eisdem Theologis reijciendam putamus, fortiter euincunt, cum prima tonsura tantum designatio quædam sit ad ordines, neque in ea vlla ad sacrificium missæ, seu

C. *Illud.*Baron.
Cap. 1.

Glos.

C. *à Subdi-*
acono.

Soto.

C. *Perle-*
ctis.

Valent.

7

seu ministeriū altaris conferatur potestas, vt ferè omnes agnoscūt Vasq. in 3. p. tom. 3. disp. 236. cap. 1. à princ. Estius in 4. dist. 24. §. 4. Afor. instit. moral. 2. p. lib. 3. cap. 27. q. 3. Paul. Comit. respons. moral. lib. 1. q. 48. n. 11. Cou. 1. var. cap. 10. nu. 15. Vnde dum tex. in nostro cap. Cleros. 21. dist. & in d. cap. Perlectis. 25. dist. Ex quibus primum Canonistarum fundamentum pro prima tonsura desumitur, Psalmistam inter cæteros ordines numerant, non ita propriè videntur vocabulum, ordinis vsurpare, sed latiùs prout importat tantum quandam designationem, seu gradum ad cæteros ordines. Similitudo autem cœlestis Hierarchiæ nouem gradibus constâtis, quæ secundum erat argumentū, non euincit, vt contra manifesta principia tonsuram in ordinum numero collocemus. Textum autem in d. cap. *Cum contingat*, de ætat. & qual. in quo maior dubitatio est; vltra tamen intellectum Soti d. q. 2. art. 1. in fin. mihi præter alios ita videtur posse explicari textum, si dicamus, illum non asserere, per primam tonsuram conferri ordinem Ecclesiasticum, in quo aliqua in ordine ad Eucharistiam conferatur spiritualis potestas; de quo tantum nostra est dubitatio; sed tantum conferri ordinem clericalem, hoc est, gradum inter clericos, & de hoc tantum fuit Pōtifex interrogatus ibi, *Requisisti, an clericatus ordo in tonsuram huiusmodi conferatur*, quod quidem diuersum est, solumque importat, per primam tonsuram fieri, quem simpliciter clericum, iuxta tex. in cap. *Duo sunt*, ibi, *Et hoc designat. 12. q. 2. capacè iurisdictionis Ecclesiasticæ, & beneficiorum, ac tandem dispositum ad*

ordines Ecclesiasticos suscipiendos, vt manifestè videtur insinuare Trid. d. sess. 23. cap. 2. ibi, *Vt in Ecclesiæ ordinatissima dispositione, plures, & diuersi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deseruirent, ita distributi, vt qui iam clericali tonsura insigniti essent per minores ad maiores ascenderent, &c.* Quæ quidem vltima verba satis demonstrant, tonsuram distinctam esse à reliquis minoribus ordinibus; per illam tamen quem clericum fieri, & ad illos suscipiendos dispositum ita intelligit Afor. Paul. Comit. Estius, & Vasq. suprâ citatis locis. Neque contra id, quod diximus quicquam habet momenti, quod Sixtus V. in motu proprio edito anno 1588. Non. Ianuarij contra malè pro motos ad ordines primam tonsuram appellet characterem clericalem; nam characterē accipit pro destinatione ad statum illum clericalem; non quod putaret, per tonsuram imprimi qualitatem characteris sicut per sacramentum ordinis; ita eleganter explicat Vasq. in 3. p. tom. 3. disp. 236. & ita in d. cap. *Cum contingat*, asserit, ordinem vsurpari ab Innoc. pro gradu eminenti, non quidem in Ecclesia, hoc est in templo inter ministros illius; sed in Ecclesia, hoc est in tota congregatione fidelium; nam omnes insigniti prima tonsura dicuntur esse in gradu eminenti super cæteros fideles laicos, ita Alcoinus lib. de diuinis offic. cap. 35. in 3. tom. Bibliothecæ sacre, & Vasq. supradictato loco.

D Addo tamen, quod quanuis hæc in rigore ita procedant; prædictas tamen sententias, quanuis inter se diuersas facilè componi posse, vt nulla in re, sed tantum in verbis sit dissentio,

Vasq.
Estius.
Afor.
Comitul.
Cour.
C. Cleros.
C. Perlectis.

Ca. Cum contingat Sotus.

Cap Duo sunt.

Trident.

Afor.
Comit.
Estius.
Vasq.
Sixtus V.

Vasq.

Innoc. Pa.
pa.

Alcoin.
Vasq.

8

rio, si dicamus, primam Canonistarū sententiam, dum tonsuram ordinem censet, nomen, *Ordinis*, improprie sumere pro qualibet designatione ad aliquod in Ecclesia; nos verò, & Theologos ordinem strictius usurpare.

Quæstio III. proœmialis.

Vtrum omnes illi octo Ordines, aut qui nam ex illis verè sint sacramentum?

IN hac quæstione quæ petit, vtrum omnes illi ordines supra numerati, seu potius ordinationes (hic enim accipitur ordo pro ea actione, qua ordo datur) aut saltem qui nam ex illis verè sint sacramentum? vt certa ab incertis separemus, de quatuor minoribus ordinibus (relictis tamen Hæreticorum erroribus circa hoc sacramentum Ordinis, quos iam supra in 1. & 2. quæstione reiecimus) primo loco agendum erit.

§. I.

Vtrum quatuor minores Ordines verè sint sacramentum?

SUMMARIVM.

- 1 *Opinio Durandi, qui tenuit; præter ordinem sacerdotalem nullum ex illis esse verum sacramentum, refertur.*
- 2 *Fundamenta, quibus probari videtur, quatuor minores ordines non esse verè sacramenta assignantur.*
- 3 *Lectores, Cantores, & Janitores promiscuè in Ecclesia nuntiantur.*
- 4 *Exorcistam non fuisse ordinem Ec-*

clesiasticum prope tempora Apostolorum contendit Vasq.

5 *Quatuor minores Ordines esse verè sacramentum resoluitur.*

6 *Primum fundamentum huius sententia expenditur.*

7 *Secundum ex loco Concilij Florentini annectitur.*

8 *Vltimò probatur hæc assertio ex materia, & forma, quam prædicti ordines habent.*

9 *Ad primum fundamentum contrarie sententia respondetur.*

B 10 *Secundi fundamenti solutio.*

11 *Tertium reijcitur.*

12 *Vtrum sit peccatum mortale aliquod minorum ordinum officium immortali exerceri?*

13 *Quid de ministerio Diaconi, & Subdiaconi in mortali.*

14 *Fundamentum Vasq. ex sanctis Patribus desumptum reijcitur.*

15 *Prima tonsura cum non sit ordo ecclesiasticus sacramentum dici non potest.*

C **I**N hac nostra quæstione; in primis Durand. in 4. dist. 24. q. 2. quæ sequuntur Victor. Caiet. q. 226. de sacramentis Ca-

let. tom. 1. tract. 11. de modo tradendi, & suscipiendi ordinis, tenuit, præter ordinem sacerdotalem nullum ex illis esse verè sacramentum, quæ etiã Vasq. sequitur, quoad quatuor minores ordines in 3. p. tom. 3. disp. 237. cap. 2. Qui omnes asserunt, quatuor minores ordines non esse sacramenta à Christo Domino instituta; sed

D ex sola Ecclesiæ constitutione dimanasse. In quem sensum asserunt Magist. Gracian. quoque in suo decreto dist. 21. Navar. in Summa cap. 22. n. 18. Quæ

Durand.
Victor.
Caiet.

Vasq.

Magist.
Gracian.
Navar.

2
 Quæ opinio probatur deinde ra-
 tione; primum, quia hi ordines mi-
 nores non habent annexam obliga-
 tionem recitandi vllum diuinum of-
 ficiam. Secundum, quia non habent
 votum castitatis perpetuæ annexum.
 Tertium quod actus minorum ordi-
 num fiunt etiam licitè à non ordina-
 tis; imò etiã actus diaconatus potest
 exerceri, saltem validè à non diaco-
 no. Neque videntur eiusmodi ordi-
 num actus habere aliquid supernatu-
 rale, vel spirituale; quod sine sacramē-
 to præstari nequeat. Atquè hoc ar-
 gumentum maximè vrget Durand.
 vt probet, non modo ordines mino-
 res sacramentum non esse, sed nec
 subdiaconatum quidem, & diacona-
 tum, sed tantum sacerdotium, quod
 est ad actum supernaturalem conse-
 crationis. Postremò, quia si sacramē-
 ta essent, gratiam conferrent ad mi-
 nisterium, ac proinde peccatum mor-
 tale esset, aliquod eorum officium in
 mortali exercere. Vasq. tamè his om-
 nibus, & alijs reiectis sola optima cõ-
 iectura ex auctoritate Patrum rectè
 deducta hanc sententiam confirmat.
 Primum quidem, quia ea, quæ sunt de
 iure diuino, & ea, quæ habent ratio-
 nem sacramenti, cum sint bases, &
 fundamenta Ecclesiæ, debent esse
 firma, & fixa, inuariata, & perpetua in
 eadem Ecclesia; sed ordines minores
 neque semper fuerunt à principio in
 Ecclesia; neque postquam cæperunt,
 semper perseuerarunt; ergo neque
 sunt sacramenta, neque de iure diui-
 no. Nam secundum vsum Ecclesiæ
 antiquum non semper eosdem in Ec-
 clesia Dei ordines minores extitisse;
 sed aliquam in hac re fuisse varietatē
 probatur. Nam laboratores, quos alij

A
 fossarios appellant, multi Patres in-
 ter alios minores ordines memorat.
 Ignatius in epist. ad Antioch. Epipha-
 nius in Compend. vera doctrina, quæ
 est post hæres. 86. Hos autem labora-
 tores fuisse quondam in aliquo ordi-
 ne constitutos constat ex Auctore e-
 pist. ad Rusticum, Narbon apud Hie-
 ron. tom. 9. q. 13. cap. 1. Deinde in Ec-
 clesia Dei antiquitus Cantores fuisse
 in aliquo Ecclesiastico ordine, & gra-
 du constitutos sibi persuadet Vasq. &
 affert Isidor. lib. 2. de offic. Ecclesiast.
 cap. 12.

B
 Prætereà inquiunt pro sua opinio-
 ne Doctores suprâ citati duos alios
 ordines minores nunc in Ecclesia re-
 periri; quos post tempora etiam Apo-
 stolorum multo tempore non fuisse
 distinctos, manifestè probatur; ex
 quo deducunt, eos non fuisse à Chri-
 sto, sed ab Ecclesia institutos. Nam
 post tempora Cypriani, & Cornelij,
 qui 250. annos post Christum floru-
 erunt, aliorum mentionem apud Pa-
 tres factam inuenimus. Clemens Ro-
 manus lib. 3. constit. cap. 11. Ignatius
 in citata epist. tantum memorant Le-
 ctōres, Cantores, & Ianitores; & pro-
 miscuè hi ordines ab illis nuncupan-
 tur.

C
 Tandem Exorcistã non fuisse or-
 dinem Ecclesiasticum propè tempo-
 ra Apostolorum deducit Vasq. dicta
 disp. 237. n. 24. ex Clem. Rom. lib. 8.
 Constit. nam postquã de ordine Sub-
 diaconorum, & Lectorum agit. De-
 inde cap. 23. aliàs 29. inquit, non fieri
 ordinatione exorcistas (nempe Ec-
 clesiastica, & ab Episcopo) Quocirca
 Turrian. in eum locum notat, hoc ge-
 nus exorcistæ non esse ex numero
 ordinum, sed pendere ex gratia Dei;
 & ita

Durand.

Vasq.

Ignat.
Epiph.

Auctor.

Vasq.
Isidor.

3

Clemens.
Ignatius.

4

Vasq.

Turrian.

& ita in antiqua Ecclesia cū hæc gratia sanitatis fidelibus conferebatur, non fuisse hunc ordinem Exorcistarum; postea verò cum hoc donum cessaret, successisse officium, & ordinem exorcistarum, sicut cessante dono linguarum ex infusione Spiritus Sancti, successit in Ecclesia peritia linguarum ex studio. Idem etiã Turrianus loco citato officium ostiarij ab initio pertinuisse ad subdiaconum, & in Latina fuisse diuersum ordinẽ asserit. Ex quo deducitur pro hac opinione, ex sola institutione Ecclesiastica hunc ordinem in Ecclesia fuisse introductum, & institutum; ac proinde non esse sacramentum.

Medin. Quibus ita præiactis Mich. Med. lib. 1. de continentia cap. 46. Domin. Sot. in 4. dist. 24. q. 1. artic. 4. conclus. 7. Martin. de Ala libr. de tradit. Apostol. p. 2. cap. de ordine, §. Synodus, D. Syluest. Vasq. & alij supracitati existimant, hos quatuor minores ordines non esse sacramenta; cum autẽ hoc ex sola Dei voluntate pendeat, & nullum detur firmum fundamentum ad contrarium asserendũ.

5 Contraria tamen sententia probabilior mihi videtur. Et præter nostros iuris professores, eam quidem dum asserit, quatuor minores ordines supra numeratos esse sacramenta à Christo instituta ex schola Theologorum plerique sequuntur. D. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. q. 3. D. Bonau. art. 2. q. 1. in corp. Richard. art. 4. q. 1. In prædicta quoque sententia conueniunt Scot. dist. 24. q. vnica, §. De tertio in fin. Tho. de Argent. q. vnica, art. 2. §. Ad primum dicendum, Palud. in 4. dist. 1. art. 2. in princip. Capreol. q. vnica art. 1. conclus. 1. & 2. Maior.

D. Thom.
D. Bonau.
Richard.

Scot.
Argent.
Palud.
Copreol.
Maior.

A q. 1. §. His paucis, Almain. q. 1. art. 3. §. Consequenter queritur. Petr. Sot. lib. de instit. sacerdot. lect. 4. circa med. Syluest. in Sum. verb. Ordo. 1. q. 1. in fin. & q. 2. in princ. & Angel. in Sum. eodem tit. n. 2. Bellarm. tom. 2. lib. 1. de sacram. ord. cap. 6. vbi proximè. Valent. d. disp. 9. generali, q. 1. punct. 4. in princ. Ochog. q. vnica de sacram. ord. tract. vnico q. 3. Scribon. in theofimia de ord. disp. 7. quest. 3. Aegidius de sacramento ord. disp. 20. dub. 6. n. 47.

B Quæ sententia confirmatur primò, quia per antiqua est in Ecclesia mentio horum ordinum, vt patet ex Dionysio cap. 3. de Ecclesiastica Hierarchia p. 2. & Ignatio proximè temporibus Apostolorũ epist. ad Antioch. q. 9. aliàs 12. Anaclet. epist. 3. & alijs, quos citat Vasq. d. disp. 237. n. 5. ergo signum est, hos ordines à Christo dimanasse, quare & sacramenta esse.

Secundò probatur ex Concilio Florent. in literis Eugenij 4. vbi sic dicitur: *Sextum sacramentum est ordinis; cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patena campanæ porrectionem; Diaconatus verò per libri Euangeliorum dictionem; Subdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua supraposita traditionem. Et similiter de alijs per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem.* Vbi dũ definit ordinationem in genere esse sacramentũ, & postea enumerat omnes ordinationes; videtur insinuare, omnibus ordinibus conuenire rationem sacramenti. Imò Conc. Tridët. sess. 23. idem demonstrat. Nam cum cap. 2. enumerasset omnes ordines etiam minores; postea cap. 3. definit, ordinem

Almain.
Soto.
Syluest.
Angel.

Bellarm.
Valent.

Ochogau.
Scribon.
Aegid.

6

Dionys.

Ignat.

Anaclet.
Vasq.

7
Coc. Flor.

Coc. Trid.

ordinem esse sacramentum, vbi omnes ordines vocat etiam sacram ordinationem, quia sunt sacramenta. Et in eo cap. 3. sic ait; *Ab ipso Ecclesie initio sequentium ordinum nomina, atque uniuscuiusque eorum propria ministeria; subdiaconi scilicet, Acolyti, Exorcista, Lectores, & Ostiarij in usu fuisse cognoscuntur.* Nam subdiaconatus ad maiores ordines à Patribus, & sacris Concilijs refertur; in quibus, & de alijs inferioribus frequentissimè legimus. Denique Conc. Trident. eadem sess. cum Canone 2. definit, esse in Ecclesia ordines maiores, & minores; & sine vlla distinctione Can. 3. ordinem esse propriè sacramentum. Ex quibus omnibus manifestè cõcluditur, quod indistinctè sentit idem Conciliũ omnem ordinem, etiã minorè esse sacramentum; aliàs confusam, & diminutam doctrinam tradere.

8 Ultimò confirmatur hæc sententia, quia si hi ordines minores essent ab Ecclesia instituti, neque haberent materiam, neque formam, nec imprimerent characterem; vnde repeti possent; quæ tamen omnia falsa sunt; & probatur manifestè, nam materiam, & formam eorum notavit Concilium Florentinum, & characterem Concil. Trident. sess. 23. Canon. 4. dum absolutè de omni ordine, quem sacrum vocat, quia est sacramentum, dicit imprimere characterem. Ex quibus opposita sententia vix mihi probabilis videtur; & ad eius fundamenta facillimo negotio responderi potest.

9 Primum enim fundamentum dum asserit quoad hoc, vt ordo aliquis sit sacramentum debet habere obligationem annexam recitandi diuinum

A officium; facillimè tollitur, si dicamus huiusmodi obligationem non esse de ratione sacramenti; quia inpen- sio hæc recitandi de iure humano tantum positiuo sacris ordinibus annexa fuit; & ita non impedit, quod absque ea quatuor minores ordines sint verè, & propriè sacramentum, vt resoluunt Doctores pro hac sententia suprã citati.

Ad secundum fundamentum, quatenus inquit, votum castitatis perpetuæ, seu continentie esse de ratione sacramenti ordinis, ita vt absque eo dari non possit hoc sacramentum, eodem modo etiam responderi potest; nam supponimus communiter cum Doctoribus, continentie obligationem esse coniunctam cum ordinibus sacris, qui numerantur à Subdiaconatu vsque ad Episcopatum secundum præsentem usum Ecclesie Latinæ approbatum iam per Apostolos, & per Summos Pontifices, vt constat, & expressè traditur ab Innocent. 2. relato in capite *Vt lex. 27. quæst. 1. & alibi sæpè.* Quicquid aliter sentiat Maior in 4. dist. 24. q. 2. Vuald. lib. 2. de sacrament. cap. 128. Michael Med. lib. 2. de continentia, cap. 7. Vndè cū hæc obligatio ab usu tantum Ecclesie, seu à traditione Apostolorum per Põtifices approbata deueniat; benè sequitur, votum continentie quatenus à iure humano impositum non esse ratione sacramenti.

D Neque indè obstat tertium fundamentum, dum asserit, actus minorum ordinum fieri etiam licitè à non ordinatis, ac proindè videbatur huiusmodi ordinum actus non habere aliquid supernaturale. Nam si huiusmodi ratio valeret, consequenter

H posset

Conc. Tri-
dent.

Conc. Flo-
rent.
Trident.

10.

Innoc. 2.
Maior.

Vuald.
Medin.

11.

posset probari, Durandum, qui eam affert, nec subdiaconatum quidem esse sacramentum. Quod auctores contrariæ sententiæ dicere non ausi fuerunt; & id patet. Nam etiam epistolâ potest, & solet legere quandoq; in Ecclesia, qui subdiaconus non est. Dico igitur non esse essentiale omni sacramento ordinis, ut sit ad actum supernaturalem, qui nequeat licitè, vel validè sine proprio ordine exercere; sed satis est, si ad sit institutus, ut quidam actus Ecclesiastici, seu sacri sanctius, & religiosius fiat; qui tamen aliàs sine huiusmodi ordinibus poterant exerceri, ut patet exemplo sacramenti Confirmationis, quod confertur ad actum tuendi, & confitendi fidem, quam tamen aliqui Cathecumeni sine hoc sacramento interdum optimè profitentur, quanuis illud sit institutum, ut hæc professio certius, & melius fiat. Vnde non est verū universaliter dicere, ut aliqui volūt characterem dari ad simpliciter agendū; sed etiam ad dignè agendum; quemadmodum hæc omnia eleganter considerat Sot. d. ar. 4. Bellarm. cap. 6. vbi proximè, Valent. de sacram. ordin. d. punct. 4. ad med. Capreol. & Vasq. supra citatis locis.

Ad quartū fundamētū vbi dicitur, quod si hi ordines essent sacramenta, gratiā conferrent ad ministerium; ac proindè peccatum mortale esse aliquod eorum officiū in mortali exerceri dicendum est cum Vasq. 2. tom. disp. 136. c. 2. & Soar. de sacram. disp. 16. sect. 3. ministros quatuor ordinibus insignitos probabili, ac ferè certū esse nō cōmittere peccatū mortale actus illorū ordinū in peccato mortali exercēdo. Probatur primò, quia illa

materia, circa quā ministrāt, leuis est; licet enim illi actus sint suo modo sacri; tamē sunt valdè remoti à proprio, ac perfectō actū sacrificandi, vel ministrandi sacramenta, ad quem finem ordinātur. Secūdò, quia non satis cōstat (quāuis sit magis probabilis opinio) omnes illos ordines esse vera sacramenta; quod dubiū sufficit, ut eos à culpa veniali excuset. Vnde ex eo, quod aliquis ordo sit sacramentū, & ad ministerium, & officium suum gratiam conferat, non rectè infertur, ad ministratiōē illius in peccato mortali mortale esse; quia hoc intelligendum est cū respectu ad actiones, circa quas versatur administratio. Nam si spectet ad sacramenta; tunc sanè dicendum est, peccatum esse mortale, illa in mortali exercere, non verò si remotè ab actū ministrandi sacramenta dirigantur, prout in his quatuor minoribus ordinibus inuenitur.

De alijs verò duobus ministerijs Diaconi, & Subdiaconi maior est dubitatio. Nam multi existimant, hos peccare mortaliter canendo Epistolā vel Euangeliū solemniter in peccato mortali. Fundamentum est, quia illud ministerium est graue, & proximè accedit ad sacrificium, & ad illud dignè exercendum datur speciali gratia per sacramentum; & huic sententiæ fauere videtur cap. vlt. de tempor. ordin. vbi generaliter prohibentur clerici iniqui in susceptis ordinibus ministrare; quod maximè intelligendum est de clericis in sacris ordinatis, ut colligi potest ex Grego. lib. 2. Epist. c. 83. relato in cap. vlt. 33. dist. Cōtrariā tamē sententiā tenet Sot. in 4. dist. 1. q. 5. ar. 6. & dist. 24. q. 1. ar. 4. circa fin. Ratio est, quoniā illa actio, quæ in hoc ministe-

Soto.
Bellarm.
Valent.
Capreol.
Vasq.

12

Vasq.
Soar.

13
C. vlt. de
tēp. ord.

Greg. Pa.
Sot.

ministerio exercetur, nō est illo speciali modo cōsecrata, quo sunt actiones sacramentorum. Et hanc sententiam *P. Soar.* asserit *P. Soar.* de sacram. disp. 16. sect. 3. practicè probabilè esse, atque in rigore veram: quia ubi non constat de præcepto, nō est facile imponēda obligatio peccato mortali; hic autem non cōstat de præcepto positivo. *Cap. Enim vlt. de tēpor. ordin.* non cōcedit circa hoc nouam legem positivam, sed tantum explicat naturalem, dum ait, monendos esse huiusmodi malos sacerdotes, & sub interminatione diuini iudicij obtestādos, vt in susceptis ordinibus non ministrent. Quāta verò, & quam grauis sit hæc trāsgressio, ibi non explicatur; sed ex obiecto, & materia deiudicanda relinquitur. At verò hæc materia, de qua agimus, non videtur esse adeò grauis, vt ex natura rei censenda sit iniuria, vel sacrilegium graue huiusmodi actionem in peccato mortali exequi.

Et ex his constat, quid dicendum sit de Præbytero, vel Episcopo sacramenta, vel sacramentalia exercendo in peccato mortali. Nam præhabita distinctione suprā posita, iam apparet, quando, & in quibus casibus mortale committant peccatum, quos non licet hic percurrere.

14 Vltimò tandem reijcitur fundamentum Vasq. desumptū ex Sanctorum Patrum documentis, qui variè, & diuersimodè hos quatuor ordines enumerant: nam omnes ordines minores, qui nunc sunt in Ecclesia, ab initio nascentis Ecclesiæ semper, & sine vlla varietate in illa extitisse, manifestè insinuat *Conc. Trid.* locis suprā citatis. Neque huic solutioni obstat, quod olim fuerunt fossores, &

Psal cantores, qui modo non sunt. **A** Respondetur enim, eos ordines nunquam fuisse de genere eorū ordinum Ecclesiasticorum, quos modò habemus, & qui sunt sacramenta Ecclesiæ, & gratiā conferūt, sed esse alios ritus Ecclesiæ, quibus homines ad peculiaria munera destinabantur, qui modo non sunt in vsu; quanuis Psalmorum decantatio ad ipsos Lectores deduci possit. Neque obstat, aliquos Patres non meminisse Acolytorum. Nam argumentum ab auctoritate negativa non habet vim. Vnde cum *Clemens Romanus*, & alij Patres indicāt inferiores aliquos ordines minores antiquitūs non fuisse in Ecclesia, sed postea fuisse institutos solum denotant, de cursu temporis fuisse per Ecclesiam distributos hos ordines in diuersas personas, cum antea per paucitatem ministrorum plura officia horum ordinum ab vna, eademque persona exercerentur; ita respondent *Syluester verb. Diaconus*, *Henric. in Summa lib. 10. cap. 2. num. 2. in fine*, & *Ochogau. de sacram. ord. q. 3. n. 7.* Neque indè contrariam sententiam probari libet, quod horum ordinum ministerium non spectet ad Eucharistiæ sacramentum; sed pertinet ad populum disponendum. Nam omnes sunt pro ministerio, & seruitio altaris, licet non proximè, sed remotè; probari esse ad rationem sacramenti ordinis, vt ad consecrationem Eucharistiæ proximè pertineat, nullo modo conuinci potest.

D De prima tonsura nihil disputandum duxi in hac quæstione; quia vt patet ex præcedenti, non est ordo Ecclesiasticus; ergo non est sacramentum. Probatur, quia tantum in gene-

H a re or-

Syluest. Henric. Ochog.

15

P. Soar.

14

Trident.

re ordinis constituitur sacramentum id, quod est ordo Ecclesiasticus. Et de eo tantum loquitur Concil. Trident. d. sess. 23. cap. 4. Cum ergo prima tonsura non sit ordo, non erit sacramentum.

Conc. Trid.

§. II.

An ordines Diaconatus, & Subdiaconatus sint verè sacramenta à Christo Domino instituta?

SUMMARIVM.

- 1 Sententia illorum, qui dicunt Subdiaconatum, & Diaconatum non fuisse à Christo institutos, neque esse sacramenta, proponitur, & primum fundamentum illius adijcitur.
- 2 Secundum fundamentum huius opinionis annectitur.
- 3 Tertium fundamentum.
- 4 Obiectio contra ordinem Diaconatus.
- 5 Opponitur aduersus ordinem Subdiaconatus.
- 6 Obiectio contra utrumque ordinem refertur.
- 7 Secunda sententia, quæ asserit, Diaconatum, & Subdiaconatum à Christo fuisse institutos, & esse verè, & propriè sacramenta verissima est.
- 8 Ad primum fundamentum partis negativæ respondetur.
- 9 Solutio secundi.
- 10 Tertia obiectio deliditur.
- 11 Soluitur quarta obiectio.
- 12 Responsio ad quintam difficultatem.
- 13 Tollitur sexta difficultas.
- 14 Respondetur ad septimam.
- 15 Ultimi fundamenti partis negativæ solutio.
- 16 Explicatur testimonium Anacleti.
- 17 Licet hi singuli ordines per se sint sacramenta, numerantur tamen tan-

quam unum solum sacramentum ordinis propter respectum, quem habet ad sacerdotium.



N hac quæstione quæ petit, utrum ordinationes Diaconatus, & Subdiaconatus sint verè sacramenta à Christo instituta? Prima sententia est eorum, qui dicunt, Subdiaconatum, & Diaconatum non fuisse à Christo institutos, neque esse sacramenta. Quæ sententiam sequuntur Durand. in 4. dist. 24. q. 2. n. 6. Caiet. tom. 1. opusc. tract. 11. art. unico, & alij plures relati à Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 238. cap. 1. & ab Ochogau. de sacram. tract. unico de sacram. ord. q. 4. Hæc sententia probatur primò generaliter quatum ad utrumque ordinem ratione Durandi, dum inquit, quod quando plures actiones dicunt ordinem ad vnam actionem, quæ sola operatur effectum spirituale, ea tantum est sacramentum à Christo institutum, ad quam cæteræ ordinantur; & adducit exemplum Baptismi, in quo licet reperiantur cathecismus, & exorcismus, in illis tamen non consistit sacramentum Baptismi; quia illi tantum disponunt ad ablutionem; quæ quia sola causat gratiam in anima, in ea sola baptismus consistit, sed ordinationes Subdiaconatus, & Diaconatus sunt propter conficiendam Eucharistiam, quam sacerdotalis ordinatio sola conficit, & aliæ ordinationes tantum disponunt; igitur sola ordinatio sacerdotalis est sacramentum.

Secundò probatur: Potestas enim sacramenti ordinis tendit ad sacramentum conficiendum, sicut etiam potestas collata in Baptismo tendit ad accipien-

Durand. Caiet.

Vasq. Ochogau.

cipiendum; sed in Subdiaconatu, & Diaconatu non datur potestas conficiendi sacramentum; ergo isti ordines non sunt sacramenta.

3 Tertiò probatur, quia sacramentum ordinis videtur institutum ad aliquid operandum, seu conficiendum, sine quo illud nequaquam posset confici validè, ut patet in sacerdotio, quod semper necessarium est, ut conficiatur Eucharistia. Planè omnia, quæ fiunt à Diacono, possunt valide fieri à laicis; ergo isti ordines non continent potestatem sacramentalem.

4 Cyprian. Quartò de Diacono probat Cyprianus in cap. *Dominus*, ad fin. 93. dist. Deindè probatur, Diaconatum non esse sacramentum; quia quodlibet sacramentum debet habere materiam, & formam certam. Diaconatus autè non habet materiam, neque formam certam. Nam in Concil. Carthag. 4. assignari videtur pro materia impositio manuum. Ab Eugenio verò 4. post sess. ult. Concilium Florent. in Decreto fidei, §. *Sextum sacramentum* designatur pro materia liber Euangeliorum. Denique in sacra scriptura nulla reperitur mentio huius ordinationis Diaconi, licet mentio fiat Diaconorum, quia mensis pauperum preerant.

5 Urbanus. Quintò de Subdiacono probat Urbanus in cap. ult. 60. dist. Eundemque ordinem inter ordines sacros in initio Ecclesie non numerari, probat etiam Innocent. in cap. *à multis*, de ætate, & qualitat. & in cap. *Miramur*, de serv. non ordin. constat etiam ex Decreto Urbani secundi, quod refertur Canon. *Nullus ad Episcopatum*. 60. dist. Deindè, quia si subdiaconatus esset sacramentum ordinis, non posset conferri ab alio, quam ab Episcopo; sed con-

ferri potest à Corepiscopis, scilicet coadiutoribus Episcoporum, ut docet Isidor. lib. 2. de Eccles. offic. cap. *De Corepiscopis*. Denique quia Eugenius 4. loco citato, & Conc. Carthag. 4. cap. 5. assignant pro materia huius ordinationis traditionem calicis vacui cum patena; nullam assignant verborum formam, neque in illorum porrectione datur; atqui omne sacramentum verbis debet constare pro forma, excepto sacramento matrimonij.

B Tandem contra utrumque ordinem sic obijci potest, quia tantum Ecclesia nobis tradit septem sacramenta. Si autem isti ordines essent sacramenta, plura alia essent, quam septem. Sed Anacletus in epist. 13. cap. 1. in fin. ubi postquam enumeravit ordinem Sacerdotum, & Episcoporum, sic asserit. *Amplius quam isti duo ordines sacerdotum neque nobis à Deo collati sunt, neque Apostoli docuerunt.* Quod idem tradit Damascenus epist. 4. col. 4. sub fin.

C His tamen non obstantibus secunda sententia quatenus asserit, Diaconatum, & Subdiaconatum à Christo fuisse institutos, & esse verè, & propriè sacramenta, probabilior est. Ita sentiunt Hugo de sancto Victor. Magist. Gracian. & alij relati à Vasq. in 3. p. tom. 3. d. disp. 237. Ochogau. d. q. 4. de sacram. ord. Estius in 4. d. dist. 24. §. 6. Capreol. d. dist. 24. art. 2. Asor. Instit. moral. 2. p. lib. 3. cap. 27. q. 1. Valent. d. punct. 4. ubi proximè. Henr. lib. 10. de sacram. ord. cap. 3. Paul. Comit. responsionum moral. lib. 1. q. 49. nu. 1. cum sequentibus, Aegidius de sacram. ord. disp. 20. dub. 7. n. 46. Scribon. in theosi. de ord. disp. 7. q. 3.

Isidorus.
Eugenius
Conc. Carthag.

Anaclet.

Damasc.

Hugo.
Magist.
Vasq.
Ochogau.
Estius.
Capreol.
Asor.
Valent.
Henric.
Comit.
Ægid.

Scribon.

Florent.

Pro eaq; sententia primum stat Cōcil. Florent. vbi postquam dixit, ordinem esse sacramentum, illiusque materiam, & formam explicauit, continuo ponit exempla in ordine sacerdotij, Diaconatus, & Subdiaconatus.

Trident.

Deindè Trid. sess. 23. cap. 2. singulorū ordinū nomina expressè enumerat; & statim in cap. 3. absolutè definit, ordinem esse sacramentum, nulla facta exceptione; & in canone 6. vbi sic definitur: *Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & ministris, anathema sit.* Vbi per ministros sine dubio intelliguntur Diaconi; nam de nullis alijs æquè certum est, ac de Diaconis esse à Christo institutos. Si ergo ordo Diaconatus est à Christo institutus, sine dubio est sacramentum. Vnde oppositam sententiam nullo modo puto probabilem. Facit tandem, quia singuli istorum ordinum, vt probat Henric. lib. 10. de sacram. ordin. cap. 3. in princip. à Christo in vltima coena Luc. 22. immediatè fuerunt instituti, qui per potestatem excellentiæ, quam habebat simul vno verbo omnium ordinum potestatem Apostolis contulit. Vnde dicendū est illos omnes esse sacramentum; aliàs enim prædicta ordinum institutio minimè foret conueniens, nisi sub ratione sacramenti fieret; per quod ministri sic ordinati ad dignè administrandum gratia fruerentur, prout oportet, iuxta illud Isai. *Si mundamini qui fortis vasa Domini, text. in cap. Baptismus, ibi, Iustos oportet esse, de consecrat. dist. 4.* Facit etiam quia omnes prædicti ordines non sunt iterabiles; ac proindè characterem imprimunt, iuxta do-

Henric.
Luc. 22.Isaias.
C. Batis-
mus.

ctrinam Glossæ ab omnibus receptæ in cap. 2. de Apōsta. vt etiam aduersarij fatentur. Igitur necessariò dicendum est, quod sint sacramentum, cū iuxta sententiam S. Augustini omnis ordo, qui iterari non potest sit sacramentum.

Glossa.

August.

Postremò faciunt multa, quæ in confirmationem eorundem ordinū adducunt Bellarm. Capreol. Estius, Vasq. Aegid. Asor. & Ochogau. vbi suprà, quæ in præsentì longum esset recensere.

Bellarm.
Capreol.
Estius.
Vasq.
Aegid.
Asor.
Ochog.
8.

B Solùm restat explicare aliqua fortiora aduersariorum fundamenta, quæ contra nostram veritatem insurgere videntur. Ad argumentum primo loco positum contra Diaconatum, & Subdiaconatum dicimus: omnem actionem, quæ non attingit effectum principalem gratiæ in anima non esse sacramentum. At verò ordinationes Diaconi, & Subdiaconi esse sacramenta; quia licet non attingant consecrationem Eucharistiæ; attingunt tamen gratiam quam in anima ordinati produciunt, in ordine ad quam secundum doctrinam sacramentorum ratio sacramenti consistit.

Secunda difficultas facillimè etiã tollitur, si dicamus, non esse necessarium, potestatem sacramenti ordinis vbique ordinari ad efficiendum sacramentum; sicut potestas Baptismi ordinatur ad recipiendum sacramentum; sufficit enim, si ad id ordinetur in præbytero.

9

Ad tertium fundamentū dicimus, vt ordinatio sit sacramentum, non esse necesse, vt ordinetur ad aliquid efficiendum, quod non possit validè effici sine illo. Nam sacramentum Cōfirmationis est verum sacramentum.

10

Et

Et tamen protestatio fidei, ad quam id sacramentum ordinatur potest fieri sine eo sacramēto. De multis enim credendum est esse passos pro Christi fide protestanda, qui non fuerunt confirmati.

II
Cap. Do-
minus.
Bellarm.
Vasq.
12

Quartum fundamentum deductū ex auctoritate Cypriani in d. capite *Dominus*, ad fin. 93 dist. etiā rejicitur. Nam Cyprianus ibi solū dicit, Christum non ordinasse Diaconos, sicut Præsbyteros, & Episcopos ordinavit: sed tamen non inde sequitur illū non instituisse hunc ordinem; nam etiam nullum confirmavit, & tamen sacramentum Confirmationis instituit, vt eleganter ita interpretatur Bellarm. cap. 6. vbi proximè Vasq. d. disp. cap. 3.

Ad quintam difficultatem deductam ex auctoritate Urbani in capite vlt. 60. dist. respondetur, text. illum vel posse intelligi, vt tantum dicat, Subdiaconatum non semper fuisse in Ecclesia habitum tanquam ordinem sacrum, prout ordo sacer ille dicitur, cui votum continentie annexum est; quo pacto etiam procedunt text. in d. cap. *Amultis*; & in d. cap. *Miramur*; Non autem vt ordo denominatur sacer à gratia, quam confert, & consecrationis cæremonia, qua datur; hoc enim respectu omnes ordines sacri appellantur. Vel solum dicere de subdiacono in primitiua Ecclesia nō legi, quia nulla de eo in scriptura expressa mētio reperitur; vt rectè quoque intelligit Valent. d. puncto 4. ad med. Vasq. Ochogau. suprā citatis locis.

13
Con. An-
ciach.

Sexta difficultas etiam facillimè tollitur, si rectè considerentur verba Concilij Antioch. can. 10. Et sic Vas-

quo satis probabile esse videtur,
A Corepiscopos fuisse veros Episcopos; & licet non fuerint veri Episcopi, sed tantū Præsbyteri; potuit tamen illis collatio subdiaconatus ex commissione Episcoporum concedi. Nam probabilis opinio est, simplicē sacerdotem esse posse ministrum ex commissione nō tantū ordinis, sed etiam ordinationis, quæ est sacramētum; in cuius rei confirmationē plura affert Vasq. d. disp. cap. vlt. & latius etiā de sacram. ordinis disp. 243. c. 4.

B Septimum fundamentum ex varietate materiæ, & formæ huiusmodi sacramentorum non obstat in præf. Nam Christus D. instituit in particulari materiam huius ordinationis Diaconi per traditionem libri Evangeliorum, vt patet ex eodem Eugen. 4. iam suprā citato. Alias si hoc reliquisset ordinationi Ecclesiæ, posset Ecclesia alterius rei traditionem pro materia instituire; quod omnino est falsum, & contra Eugenij definitionem; tum etiam quia omnis materiæ, & formæ substantialis assignatio est à Christo facta, quia Christus sacramentum instituit, ad quod necessaria est materia, & forma. Probat Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. Deindè, quia ordi-
C dinatio cuiuscumque ministri in actu eius principali cōsistit, vt in materia. Quia autē principalior actus in subdiacono est, ministrare in altari, idè eius materiam esse traditionem calicis vacui cum patena vacua videtur, per quod illud ministerium significatur. Quæ traditio non potuit esse materia Diaconatus, quia cum Præsbyteratus suam habeat materiam constitutā in traditione calicis vacui (vt latius infrā de vnoquoque munere di-

H 4 cemus)

cemus) Nullo modo restat via distincta, & media, qua possit esse calicis traditio materia Diaconatus. Verba autem, quibus illis materia traditur sunt forma. Vnde friuolum est huiusmodi argumentum, ut plenius in disput. de Diacono, & Subdiacono demonstrabimus.

15

Ad octauum, & vltimum fundamentum de numero sacramentorum inquit D. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. ad 2. Bonauent. Capreol. Syluest. quos refert Vasq. supra, ordinem diuidi in plures ordines non tanquam totum, quod vocant integrale in partes, sicut Eucharistia diuiditur in corpus, & sanguinem Christi, neque tanquam totum vniuersale, sicut genus in species, sed tanquam totum potestatiuum, ad quod omnes ordines referuntur. Mihi tamen placet cum Soto, & Vasq. asserere, sacramentum ordinis vnum esse non vnitatem speciei, sed generis; sicut dicuntur quatuor virtutes morales, cum tamen sub se plures alias species aliquæ illarum contineant, ut manifestum est. Vnde facile soluitur argumentum Durandi. Neque enim incommodum aliquod esse putamus esse plura, quam septem sacramenta in specie infima, quanuis in genere non sint plura. Constat etiam ex dictis, quid ex testimonio D. Thomæ, quod Durandus adducit, ipse probare possit.

D. Tho.
Durand.

16
Anaclet.

Medina

Ad testimonium Anacleti respondetur, ipsum non loqui de omnibus ordinibus, quos ab Apostolis accepimus; sed de ordinibus solum sacerdotij, & Episcopatus; ita respondet Michael Medina lib. 1. de Continentia cap. 43. & recte quadrat verbis Anacleti, dum ibi ait, *Sacerdotum, fra-*

tres, Ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari.

A Id autem confirmat, quia Dominus solum elegit duodecim Apostolos, in quorum locum Episcopi successerunt, & septuaginta discipulos, quibus sacerdotes respondent. Concludit deinde verbis citatis pro contraria sententia in hunc modum: Amplius, quam isti ordines sacerdotum, nec à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt. Et in hunc etiam sensum loquitur Damasc. in citata epist. 4. quo loci ut reprimeret arrogatiam Corespiscoporum, qui erant Episcopi Villarum, ostendit, non esse excogitandum quasi alium ordinem sacerdotum, in quo sint maiores Episcopis, aut sacerdotibus, cum duo tamen sint ordines sacerdotales. Et fortasse id etiam docuisse contra Episcopos Anaclerum, & Damasum indubitandum dicit Vasquez d. cap. 3.

B

C

D

Ad calcem huius quæstionis, quod quauis singuli ordines, de quibus supra egimus per se sint sacramenta; numerari tamen, & considerari tanquam vnum solum sacramentum ordinis propter respectum, & ordinem, quem habet ad sacerdotium, in quo sacramentum hoc in tota sua perfectione existit, iuxta illud Philosophicum axioma, *Quod quando vnum est propter alterum ibi est vnum tantum.* Quod ita eleganter declarant Dom. Sot. d. art. 4. Petr. Sot. lect. 4. de sacram. ord. Valent. d. punct. 4. Bellarm. cap. 6. vbi proximè, Capreol. dist. 24. artic. 2. Estius d. dist. 24. §. 5. Afor. Instit. Moral. d. 2. p. lib. 3. cap. 27. q. 5. Viuald. in Candelabr. Eccles. tit. de sacram. ord. n. 13. Vuald. tom. 2. de sacram. cap. 117. Vasq. d. disp. 237. c. 4. Ochogau.

Damasc.

Vasq.

17

Axioma
philosop.Do. Soto.
Petr. Sot.
Valent.

Bellarm.

Capreol.
Estius.Afor.
Viuald.Vuald.
Vasq.

Ochogau. de sacram. ord. d. q. 4. Aegid. de Conin. de sacram. ordin. disp. 20. dub. 4. Scribon. in theosim. seu de sacram. disp. 7. de ordine q. 2. Insignis præsul Couas. i. var. cap. 11. num. 15. Nauar. in Man. d. cap. 22. n. 19. Castr. aduersus hæreses, verb. Ordo, n. 5.

§. III.

Vtrum Sacerdotium, & Episcopatus sint verè sacramenta?

SUMMARIUM.

- 1 Ordo sacerdotalis verum & propriè nouæ legis sacramentum dicitur.
- 2 Hæretici, qui negant Episcopum à Prasbytero, seu sacerdote distingui, & illorum fundamenta recitantur.
- 3 Huius erroris fundamenta eliduntur.
- 4 Auctoritas D. Hieronymi, qua etiam Catholici affirmant, inter Episcopos, & sacerdotes iure tantum humano, & non diuino discrimen esse, explicatur.
- 5 Opinio illorum, qui dicunt Episcopatum à Christo fuisse institutum, nihilominus neque esse ordinem, neque sacramentum refertur.
- 6 Primum fundamentum huius opinionis.
- 7 Secundum fundamentum.
- 8 Tertium.
- 9 Quartum.
- 10 Quintum.
- 12 Tertia sententia, quæ asserit, Episcopatum esse verè sacramentum à Christo institutum, efficax, & magis probabilis est.
- 12 Episcopatum non esse specie diuersum à sacerdotio asseritur.
- 13 Primum fundamentum oppositæ sententiæ rejicitur.

- 14 Respondetur ad secundum.
- 15 Solutur tertia obiectio.
- 16 Quarta difficultas deliditur.
- 17 Solutio quinta obiectionis.
- 18 Vltimum fundamentum destruitur.
- 19 Episcopatum non solum esse sacramentum, sed characterem separatum inijcere, probatur.
- 20 Obiectiones contra huiusmodi sententiam eliduntur.
- 21 Confirmatur sententia affirmatiua.

B N hac quæstione, quæ petit, Vtrum ordo sacerdotalis, & ordo Episcopatus sint verè sacramenta? vt clarius procedamus inter Catholicos Doctores (licet id negetur ab Hæreticis) extra omnem est controuersiam, saltem ordinem sacerdotalem esse verum, & proprium nouæ legis sacramentum. Id quod videtur decreuisse Concil. Florent. in institutione Armeniorum sub Eugenio 4. Trid. sess. 23. primum ex Canone 1. Cuius hæc sunt verba: *Si quis dixerit, non esse in nouo testamento sacerdotium visibile, & externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, vel offerendi corpus verum, & sanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi; anathema sit, &c.* Constat etiam ex Canon. 3. eiusdem sessionis in hæc verba: *Si quis dixerit, ordinem, seu sacram ordinationem non esse verè, & propriè sacramentum à Christo Domino institutum, anathema sit.* Multisq; alijs ostenditur rationibus, & Sanctorum testimonijs, quæ in id referunt Bellarm. tom. 2. lib. 1. de sacram. ord. ex cap. 2. Valent. tom. 4. d. disp. 9. generali, q. 1. puncto 4. in princip. Vasq. d. tom. 3. in 3. p. disput. 239. cap. 1. Capreol. in 4. dist. 24. quæst. 1.

Conc. Florent.
Trident.

Bellarmin.
Valent.

Vasq.
Capreol.

Estius